tie. t voluptatis. alie t differentes sunt rōnes
ita fm q̄ bona. Non igitur est bonum com/
mune quid fm vnam ydeaz. Sed qualiter vti
q; dicuntur. non enim assimilantur a casu equi
uocis. sed certe ei quod est ab vno esse. vel ad
vnum omnia contendere vel magis fm analo
giam. Sicut enim in corpore visus. sic in ani/
ma intellectus. et aliud vtiq; in alio. Sed for
te hoc quidem relinquendum est nunc. certifi
care enim de ipsis alterius vtiq; erit philoso/
phie magis proprium. Similiter autem de
ydea. Si enim et est vnum quidem predicatū
communiter bonum vel separabitur quidem
ipsum fm seipsum. manifestum q̄ nō vtiq; erit
operatum neq; possessum homini. Nunc au/
tem tale aliquid queritur. Forte autē alicui vi/
debitur vtiq; melius esse cognoscere ipsum ad
possessa et operata bonorum. velut enim ha/
bentes hoc exemplum magis sciemus. t que
nobis sunt bona. t si sciamus adipiscemur ip
sa. Probabilitatem igitur quandam habz ser
mo. videtur autem scientijs dissonare. Om/
nes enim quoddam bonum appetentes t quo
indigent. vel inquirentes derelinquunt cogni
tionem ipsius. Cuius auxilium tale dicimus
omnes artifices ignorare. t neq; inquirere nō
est bene rationabile. Inutile autem et quid iu
uabitur textor vel faber ad suam artem scien
ipsum bonum. vel qualiter magis medicus vl'
magis miles erit. qui ydeam ipam contempla
tus est. Videtur quidem enim neq; ita sanita
tem intendere medicus. sed eam que hominis
Magis autem eam forte que huius fm vnū
quodq; eē medicabitur. Et de his quidez igi
tur intantum dictum sit.

Querit sexto Vtrum ponēda sit vna communis ydea omniuz bonorum. que sit per se sufficiens bonum. et in quo consistat hominis felicitas. Arguitur primo q̄ sic. q̄ iste mundus est factus a primo rerum artifice. ergo oportet q̄ eius exemplar preexistat. iuxta illud Boetij dicentis. Tu cūcta supno ducis exēplo. ergo ponēda est cōis ydea

UVA. BHSC. IyR_098_1

Arguitur secundo. vlē quod est in seipso nō est in intellectu diuino. neq; in singulari. neq; in intellectu humano. Et tm vlē hoc mō ponendū est. ergo est cōis ydea separata vnius z omniū aliorū Arguit tercio. felicitas cōsistit in vltimo bono. sed vltimū bonū est bonū separatū qđ est cōis ydea oīm bonorum. igit zc. In oppositum est phs in textu. Pro responsione.

Sciendum primo

Q; postq; phs improbauit opiniones ponentium felicitatem in aliquo bono manifesto. hic p̄ter improbat opinionem platonis ponētis felicitatē in bono separato. Et qz Plato fuit amicus Aristotelis. nō se excusat de eo q; improbat opinionē eius. Et magis hoc facit hic q̄ in alijs scientijs. quia impugnare opinionē amicorū nō est cōtra veritatem que in scientijs speculatiuis principaliter intenditur. sed forte videtur esse p̄tra bonos mores. qui principaliter in hac scientia traduntur. Sed tamē vt dicit phs nō est contra bonos mores. qz melius est. p salute veritatis familiaritatē seu amiciciā destruere. licet em̄ habeamus amiciā ad homines z ad veritatem. tamen ambobus existētibus amicis sanctū est honorare veritatem.

Sciendum secundo. q̄ Aristo. nō improbat Platonem in hoc q̄ dicit aliquod bonū esse separatum a q̄ cūcta bona dependant vt a principio effectiuo. z ad quod ordinant. sicut ad vltimū finem. hoc em̄ firmiter credendum est. Sed improbat. qz ponebat tale bonum esse ydeā cōmunem boni separatam ab omni alio bono. p cuius participatiōem cetera bona dicunt. Nec illud bonum ponebat in mente diuina. in qua tamen sunt y dee omniū rerum que sunt eedem realiter cū prima causa Sciendū tercio q̄ felicitatem consistere in aliquo potest dupl'r intelligi. Vno mō sicut in obiecto. qđ effectiue causat felicitatem. Et isto mō consistit in bono vlī ab hoīe separato. qđ est prima causa. Alio mō sicut in illo qđ est formaliter ipsa felicitas. Et isto mō cōsistit in adeptiōe seu fruitione illius rei que est felicitatis obiectū.

Conclusio prima

Non est vna cōis ydea totī' bon. Probatur tripliciter. primo ex positiōe platonicoz. quia sm platonicos vbi est prius z posterius ibi non est nec inuenit' vna communis ydea. quia nō possent ipsam equaliter participare. sed in bonis reperitur prius z posterius. quia bonū reperitur in substantia z accidentib'. substātia aūt prior est accīte. igitur zc. Secūda rō. bonorū que st; in diuersis p̄dicamentis nō est vna cōis rō. ergo neq; vna cōis ydea. Tercia. omniū que habēt vnā cōem ydeam est vna scia. quia plato posuit q̄ ab ydea deriuat' sciētia in anima nostra. sed non omniū bonorū est vna scientia. quia diuersorum entiū diuerse sunt scientie. igit' zc. Conclusio secūda. si esset tal' ydea boni adhuc non esset per se bonum. Probat phs. quia eadem est ratio hominis coniuncti z hominis separati. quia non differunt sm q̄ hō. sed accītaliter tm̄. Eadem igitur ratiōe illud bonum separatum nō erit alterius rōis q̄ hoc p̄ticulare bonū. Licet posset esse dītia quātum ad aliqua alia q̄ sunt p̄pter rōem boni. Ergo si p̄ticulare bonum non dicatur p se bonum. nec etiā talis ydea diceretur per se bonum

Dubitatur primo

Vtrum bonū cōmune separatū possit esse vna cōis ydea omniū bonorum Ad hoc rn̄detur q̄ non. quod sic probat phs. qz diuerse sunt rōnes bonorū. nam quedā sunt sm se quesita et desiderata. alia vero sunt bona factiua bonorum tm̄. alia conseruatiua bonorū. z alia sunt prohibitiua malorum tm̄. Et sic bonorum sunt diuerse rōnes q̄ ipsorum non potest esse vna ydea Dubitat' secundo vtrum si poneretur talis ydea vltima felicitas hominis in ipsa consisteret. Ad hoc rn̄detur q̄ non. quia talis ydea non esset opatio hoīs. nec aliquid opatum felicitas autem est ab homine vt operatio vel operatum Sed contra hoc obijcitur. qz cognitio istius boni separati ad minus erit exemplū p quod sciem' adipisci tale bonū. ergo talis possessio boni non est vtilis. Hoc aūt improbat phs primo. qz omnis ars habet inḋrere illud quo necessario indiget ad suū finem. Sed nulla ars humana inquirit bonum separatum. cum nihil facit ad constitutionē finis alicuius artis igitur zc Secūdo. rectoz non iuuat' in sui operis executionem p contēplationez talis ydee separate. Nec faber nec medicus quod exemplar debet esse cōforme exēplato et opato. Sed opatum est ꝑticulare. ergo exēplar debet eē ꝑticulare. ergo agnitio boni separati quod est vlē nihil facit ad acquisitionem finis alicui' artis

Ad rationes

añ oppositū Prima z tercia soluunt' ex dictis. Ad secundam dicit. q̄ vlē vt est in seipso consideratū sub illo mō considerandi nō accipit' vt in singularib'. tamē realiter habet esse in singularibus.

Ursus autē redeamus ad quesitū bonū quid vtiq; sit. Videtur quidem enim aliud in alia operatione et arte. aliud enim in medicinali et militari z reliquis similiter: Quid igitur vnicuiq; bonum est. aut gratia cuius reliqua operata sunt. Hoc autem in medicinali quidez sanitas. in militari vero victoria. in edificatiua autē domus. in alio vero aliud Jn omni autē opatione ratione z electione finis. huius em̄ gratia reliqua operant' oīes. Quare si quis operatoz oīum est finis. id vtiq; erit operatū bonuz. Si vero plura hec transcendens vtiq; sermo ad hoc peruenit. Hoc autem magis adhuc explanare temptandū: quoniaz autem plures videntur fines. horum autē eligimus quosdā propter alterū. vtputa diuitias fistulas z omnino organa. Manifestū igit' quoniam non sunt oīes pfecti. optimus autem pfectus q̄s videt'. Quapropter siquidē est vnuz

UVA. BHSC. IyR_098_1

aliquod solum perfectum. hoc vtiqꝫ erit quod queritur. si vero plura perfectissimum horum perfectius autem dicimus quod ꝑ se ipsum est persequibile. eo qꝺ ꝓpter alterum. ⁊ quod nunqꝫ ꝓpter aliud eligibile his que ꝑ se ipsa. et ꝓpter hoc eligibilius. Et simpliciter vtiqꝫ perfectum quod ꝑ se ipsum eligibile semper et nunqꝫ ꝓpter aliud. tale itaqꝫ felicitas maxime esse videtur. Hanc em̃ eligimus semper ꝓpter seipsam et nunqꝫ ꝓpter aliud. Honorem vero et voluptatem ⁊ intellectum ⁊ omnem virtutem eligimus quidem ⁊ ꝓpter ipsam. Nullo em̃ adueniente eligeremus vnum quodqꝫ ipsum. eligimus autē ⁊ felicitatis gratia. per hec suspicantes felices fore. Felicitatē enim nullus eligit horum gratia nec omnino ꝓpter aliud. Videtur autem ⁊ ex per se sufficientia idem accidere. perfectum enim bonum per se sufficiens esse videtur. per se sufficiens autem dicimus non ipsi soli viuenti vitam solitariam. sed ⁊ parentibus ⁊ filijs ⁊ vxori ⁊ vniuersaliter amicis ⁊ ciuibus. quia natura ciuile homo Horum autem assumendus terminus quis extendenti em̃ ad parentes et ꝓpinquos et amicos amicorū in infinituꝫ procedit Sed hoc qꝺem rursus perscrutandū. Per se sufficiens aūt ponimus quod solitarium sufficientē et eligibilem facit vitā ⁊ nullo indigentē Tale autem existimamus esse. Amplius autē eligibile omniū maxime nō connumeratā. connumerata aūt manifestū qꝫ eligibilior cum bonorum minimo. supabundātia em̃ bonorū sic qꝺ appositum est. bonorū aūt maius eligibili⁹ ſꝫ Perfectum vtiqꝫ quid videtur ⁊ ꝑ se sufficiēs felicitas operatorū existens finis.

Querit septimo Vtrum felicitas sit maximum. bonum ⁊ per se sufficiēs. Arguit primo qꝫ nō. qꝛ ꝓfectuꝫ ē cui nihil deest. ſꝫ felicitati multa desunt. puta bona exteriora. ꝯ felicitas nō est ꝓfectū bonū Sc̃o sic. illud nō est ꝑ se sufficiens quo habito indigem⁹ multis alijs Sꝫ habita felicitate indigemus potu cibo ⁊ veste et multis alijs. ergo felicitas non est ꝑ se sufficiens In oppositū est ꝓpͤs in textu Pro responsione

Sciendum primo

qꝫ postqꝫ ꝓpͤs tractauit opiniones antiquorꝫ de felicitate hic ꝓnter determinat de ipsa ꝑm ꝓpriā opinionē. Primo inquirendo aliquas conditiones eius. Secundo inuestigando diffinitionē eius Sciēdū sc̃o. qꝫ duplex ē felicitas. q̄dam est supernaturalis. ad quaꝫ hō ex ꝓpriis principijs puenire nō potest. nisi iuuetur a primo efficiente ꝑ lumen glorie aut gracie. Et qꝛ talis felicitas transcendit humane rōnis inuestigationem. ideo de ista non est ad ꝓpositū Alia est felicitas naturalis. quā homo ex principijs naturalibus consequi potest. ⁊ de tali est ad ꝓpositū. De qua contingit loqui dupl'r. quia vno mō capitur felicitas ꝓ simplici et ꝓfectissimo bono. qꝺ naturaliter est homini possibile. ⁊ quod est cēntial'r ipsa felicitas. Alio mō capitur pro aggregatiōe ex illo ꝓfectissimo bono ⁊ omnibus alijs bonis subseruientib⁹ siue sibi subseruiant vt organa vel vt instrumenta vel vt decorātia illud ꝓfectissimū bonum. vt sunt bona nature ipsius corporis. vel bona fortune vt sunt diuitie artificiales aut naturales. Sciendum tercio. qꝫ triplex est finis siue bonum. quoddam est bonum quod solum appetitur ꝓpter aliud. sicut diuitie vel medicina amara Aliud est bonum quod appetitur ꝓpter se ⁊ ꝓpter aliud vt medicina dulcis. Terciū est bonum perfectissimum. quod solum ꝓpter seipsum appetitur ⁊ non ꝓpter aliud. Et tale bonum est felicitas

Conclusio prima

Felicitas est vltimus finis humanorū actuū. Patꝫ: qꝫ illud est vltimus finis in vnaquaqꝫ arte vel operatione gratia cuius omnia talia sunt. Sed felicitas in vita humana est huiusmodi. ergo est vltimus finis vite humane. Conclusio secunda. felicitas est bonum pefectuꝫ. Patet quia felicitas est vltimus finis totius finis naturalis hominis. Sed motus naturalis hominis terminatur ad aliquod bonuꝫ perfectum. ⁊ desiderium naturale est quidam motus naturalis. ergo felicitas est bonū perfectum. Nam illud est bonū perfectum. gracia cui⁹ omnia bona appetuntur. sed felicitas est huiusmodi. ergo ⁊c̃

Conclusio tercia. felicitas est bonum per se sufficiens Probat. quia illud est per se sufficiens bonū quod per se solitarie reddit vitam sufficientem ⁊ eligibilem non deficientē in aliquo necessario. Sed felicitas est hmōi. cum sit ꝓfectum bonum. igit̄ ⁊c̃. Et notanter dr̄ (necessario) quia felicitas bene potest connumerari aliquibus bonis non necessarijs: ⁊ in hoc fit eligibilior qꝫ sit ipsa ꝑm se sumpta. Ipsa tamen ꝑ se accepta non relinquit appetitū inquietum. qꝛ appetitus recta rōne regulatus non inquietat ꝓpter ea que non sunt necessaria Aduertendū est tamen. qꝫ circa hanc ꝯclusionē felicitas dr̄ vltimū bonuꝫ et sufficiens ꝑ se ⁊ solitarie acceptū. nō qꝫ sit sufficiēs homini solitarie viuenti. sed etiā parentib⁹ filijs amicis ⁊ cōciuibus. si aliquoꝫ curaꝫ habeat. nec tū ibi est ꝓcessus in infinitū in parentes et amicos. alīs nullus posset eē felix. sed positus est certus terminus

UVA. BHSC. IyR_098_1

Dubitatur prima

Utrum ad felicitatem requiratur delectatio. Respondetur q quadrupliciter aliquid requiritur ad aliud. Uno modo vt sibi añs vt disciplina requiritur ad sciẽtiaz. Secundo modo vt essentialiter ipsum perficiens vt anima requiritur ad esse hominis. Tercio modo vt coadiuuãs vel subseruiens. vt equus ad ambulandũ. Quarto modo vt concomitans z per se consequens aliud. z isto modo ad felicitatem requiritur delectatio. quia delectatio sequitur adeptionem boni conuenientis. z sic felicitas magis consistit tam in addeptione summi boni q̃z in delectatione consequente. Dubitatur secundo. vtrum ad felicitatem requirantur bona exteriora. Respondetur q sic loquendo de felicitate p̃sentis vite. que tamen est duplex. quedam est actiua que consistit in operatione intellectus practici fm supremum habitum eius que est prudẽtia. Alia est contemplatiua que ꝓsistit in operatõe intellectus speculatiui fm supremũ eius habitum que est sapientia. Uerum est tamẽ q pauca bona requiruntur ad felicitatem contemplatiuam z etiam ad practicam quã/tum ad eius operationem extrinsecam vt est bene velle vel moderatio passionum.

Ad rationes ante oppositum. Ad primam dicitur q bona exteriora non requiruntur ad felicitatem tanq̃ ipam essentialiter pficientia. sed solum vt decorãtia vel sibi subseruientia. Ad secãdam patuit solutio.

Sed forte felicitatem quidem z optimum dicere confessum quid videtur Desideratur autem manifestius quid est adhuc dici. Forte vtiq̃ fiet hoc si sumatur opus hominis quemadmodum dicunt tibicini z statuifici et omni artifici. et omnino quorum est opus aliquorum et actus in opere videtur bonum esse et bene. Ita videtur vtiq̃ et homini si quidem est aliquod opus ipsi. Utrum igitur textoris ꝗdem et coriarij sunt opera quedam et actus. hominis vero nullum est. sed ociosum naturaliter est Uel quemadmodum oculi et manus z pedis et omnino vnuscuiusq̃ particulariuz videtur aliquod opus ita et hominis preter hec omia ponet aliquis vtiq̃ opus aliquod. Quid igitur hoc vtiq̃ erit inquam. viuere quidem eñ commune videtur et plantis queritur ergo ꝓ prium. Separandum ergo nutritiuam et augmentatiuam vitam sequens aut sensitiua quidem vtiq̃ erit. videtur autem et hoc communis et equo boui et omni animali Relinquitur vtiq̃ operatiua quedam rationem habentis. huius autem hoc quidem vt bene pssua/sibile ratione. hoc vero vt habens et intelligens. Dupliciter autem et hac dicta eam que fm rationem ponendum. principalius enim hoc videtur dici. Si autem est opus anime hominis operatio fm rõem vel non sine ratõne Idem autem dicimus opus esse genere huius z huius studiosi. quemadmodum cythariste et studiosi cythariste z simpliciter hec vtiq̃ in omnibus apposita fm virtutem habundantia ad opus cytharisare quidem eñ cythariste studiosi autem bene. Si autem sic. hominis ponimus opus vitam quandam. hanc autem anime operationem et actum cum ratione. studiosi autem viri bene huius et optime. Unũquodq̃ autem bene fm propriam virtutem pficitur. Si autem hoc humanum bonum anime operatio fit fm virtutem. si autem plures virtutes fm pfectissimã z optimã. Amplio autem in vita perfecta. vna eñ yrundo ver nõ facit nec vna dies. Ita vtiq̃ nec beatũ z felicem vna dies neq̃ paucum tempus.

Queritur octauo

Utq̃ diffinitõ felicitatis sit bñ assignata in qua dr. Felicitas est opatio hois fm virtutem pfectã z in vita pfecta Arguit primo q nõ. quia felicitas est vltima pfectio felicis. sed opatio non est vltima pfectio cũ sit quidam motus. z omnis motus tendit in aliquam perfectionem. igitur ꝛc. Secũdo sic. operatio est pfectio rei operate ipm trãsiens. sed felicitas est pfectio ꝓpria felicis manens in ipso. ergo felicitas non est operatio Tercio sic. operatio fm virtutem aliquo indiget. s. virtute. sed felicitas nullo indiget cum sit bonũ per se sufficiens. g̃ nõ est opatio fm virtutem. In oppositum est pbs in textu. Pro responsione.

Sciendum

Q; postq̃ pbs posuit ꝓditõnes felicitatis. ꝓsequẽter incipit quid est felicitas. primo assignando diffinitõem cõmunem felicitatis. secũdo ostendendo qualiter illa diffinitõ consonat dictis antiquoz de felicitate.

Conclusio prima.

Felicitas est propria operatio hominis. Pater q cuiusl libet habentis ꝓpriam operationem summum bonum et

UVA. BHSC. IyR_098_1

perfectum consistit in vltima perfectione Sed hominis est aliqua operatio. ergo eius summū bonum (qđ est felicitas) ꝓsistit in tali operatione Minorē probat ꝑs duabus rationib⁹. Prima est. quia textoris corriarij ⁊ aliorum artificum est aliqua ꝓpria operatio. ergo a fortiori hominis inquātum homo est aliqua ꝓpria operatio Tenet ꝓsequentia. quia maius inconueniēs est ens a ratione diuina ⁊ naturaliter ordinatum carere operatione et esse ociosum q̄ illud quod est ab arte ⁊ a ratiōe humana. Secunda ratio. cuiuslibet partis hominis puto oculi pedis ⁊cij⁹ est aliqua ꝓpria operatio. ergo totius hominis ſm q̄ homo est aliqua ꝓpria operatio Aduertendum q̄ duplex est perfectio. quedam est prima que dicitur forma rei. alia est secūda que dicitur opatio. hoc modo operatio dicitur vltima pfectio. Et debet intelligi cōclusio q̄ felicitas est essentialiter ipsa operatio ⁊ nō obiectū. siue sit sermo de felicitate perfecta hominis siue imperfecta. siue ponatur in vita actiua siue contemplatiua. semper felicitas dicitur operatio. Ex ista conclusione sequitur q̄ felicitas nō consistit in operatiōe hominis que est ſm vitam vegetatiuam. aut ſm vitam sensitiuā Patet quia in istis homo communicat cum brutis ⁊ plantis quibus non conuenit felicitas. Sequitur etiam q̄ felicitas nō consistit in operatione partis rationalis ꝑ participatiōem. vt est appetitus sensitiuus inquātum ꝑsuadetur ⁊ regulatur a ratiōe. patet quia cuz felicitas sit optimum bonū hominis erit operatio optimi quod est in homine. Sed tale est rationale per essentiaz ⁊ nō rationale ꝑ participatiōez. igitur ⁊c. Ideo dicit sanct⁹ Thomas q̄ felicitas magis consistit in vita cōtemplatiua q̄ in vita actiua Secunda cōclusio. felicitas est operatio ſm virtutem perfectam. probatur quia eadem est operatio hominis ⁊ boni hominis. Sicut est eadem operatio cythariste ⁊ boni cytharistę. ſ. cytharisare. Sz operatio boni hominis est operatio ſm virtutem. quia virtus reddit operationem bonam. ergo operatio hominis est operatō ſm virtutem. ⁊ optimi ſm optimum. Cum igitur felicitas sit operatio boni hominis sequitur ergo est operatō ſm virtutem sanctissimam. ita q̄ si est vna operatio virtus hominis tm̄ illa operatio que est ſm illam fortitudinem est felicitas Et si sint plures virtutes hominis operatio que est ſm optimam illarum est felicitas. Tercia conclusio. felicitas requirit vitam perfectam. i. continuam in bonis operibus eo modo quo inest possibile ipsam esse continuam in presenti statu. Probat ꝑs. quia sicut vna yrundo non facit ver. neq̄ vna clara dies facit estatem. ita vna bona operatio nō facit hominem esse felicem. sed requiritur continuitas in bonis operatōibus per totam vitam hominis. Quarta conclusio. predicta diffinitio felicitatis est bene assignata. patet per inuestigationem partium eius. Dubitatur. quare oportet vitam esse continuam in bonis operibus eo modo q̄ possibile est in presenti vita. Respōdetur. q̄ cum felicitas sit perfectio felicis oportet esse diuersos grad⁹ ſm q̄ ſt diuerse res felicitabiles que diuersos gradus perfectionis attingere possunt. Ideo in perfecta felicitate que nō habetur in presenti vita. sed in alia patria est omnino continuitas absq̄ vlla interruptione. Sed in felicitate imperfecta qualis habetur in hac vita propter necessitatem nature. puta somni vel alicuius occupationis oportet esse quietem ⁊ aliqualem cessationem a bona operatiōe. ⁊ ita nō potest esse completa continuitas. Verum est tamen q̄ omnia talia que cessare faciunt a tali operatione ordinantur a ratione ipsius opatōis ſm virtutē

Ad rationes ante oppositum. Ad ꝑmam dicitur. q̄ duplex est operatio. Vna est transiens que nō potest habere rationem vltimi finis que ordinatur ad rem operatā. Alia est immanens que est finis ⁊ perfectio operātis. ⁊ de ista dicitur q̄ felicitas est operatio. Et ꝑ hoc soluitur secūda ratio. Ad terciaz dicitur q̄ felicitas indiget virtute sicut causa eius aliquid ordinatum in ipsam. sed non indiget alio q̄ sit finis ⁊ pfectio eius.

Circumscribatur quidem igitur bonum ita. oportet enim forte figuraliter dicere primū deinde posterus rescribere. Videbitur autem hoc vtiq̄ hominis esse perducere et particulatim disponere. que bene habentia ad circūscriptionem. Et tempus talium inuentor⁊ co operatur bonus esse. vnde et artium sunt facta additamenta. Omnis enim est apponere quod deficit. Meminisse autem et predictorum oportet et certitudinem non in omnibus similiter exquirere. sed in singulis ſm subiectam materiam. et intantum inquantum proprium est doctrine. Et enim textor et geometra differenter quidem inquirunt rectam. hic quidem enim inquantum vtilis est ad opus. hic autem quid est vel quale quid. speculator enim est veri. Scōm eundem itaq̄ modum ⁊ in alijs est faciendum. vt non que extra opera operibus plura fiant. Non expedendum neq̄ causam in omnibus similiter. Sed sufficiens in quibusdam hoc quoniam ita est demonstrari bene. vtputa circa principia hoc autem quia principium et principium. Principiorum autem hec quidem inductione cōtemplata sunt. hec autem sensu. hec autem consuetudine quadam. et alia autem aliter. Pertransire autem temptandum singula ſm q̄ innata sunt. et studendum qualiter terminentur bene. magnum em̄ habent auxilium ad sequētia. videtur em̄ plus q̄ dimidiū totius eē principiū

UVA. BHSC. IyR_098_1

et multa manifesta fieri p ipsum eorū que que/
rūtur. Scrutandū ergo de ipso non solum ex
pclusione z ex quibꝫ sermo sz ex dictis de ipso
vero q̄dem omnia consonant existentia. falso
autē cito dissonat verum. Diuisis itaqꝫ bonis
tripliciter z his q̄dem exterius dictis. his au
tem circa animā et corpora. Circa animā prin
cipalissime dicimus z maxime bona. actꝰ ꝓ
z operationes animalis circa animā ponim⁹
quare bene vtiqꝫ dicetur ſm hanc opinionem
antiquam existentē z confessam a philosopho
Recte aūt z quoniā actus quidā dicūtur z ope
rationes finis. Ita em̄ et eorū (que circa ani/
mā sunt bonorū) sic z non que exterius. Con
sonat aūt rōni z bene viuere z bene operari fe
licem. fere em̄ bona vita quedā dicta est z bo/
na operatio Videtur aūt z quesita circa felici/
tatem om̄ia existere dicta. His q̄dem em̄ vir/
tus. his vero prudentia. alīs autē sapientia q̄
dam esse videtur. his autē hec vel illorū aliqꝫ
cum voluptate vel non sine voluptate. Alīj au
tem et eā (que exterius est habundantiā) com
prehendūt. Horū aūt hoc quidē multi z vete/
res dicūt. hoc autez pauci z glorioſi viri. Neu
tros aūt eorum rōnabile peccare in vniuersis
ſm vnū aliquid vel plura dirigere Dicentibus
quidē igitur omnē virtutē vel quādam cōcors
est ratio nostra. hmōi em̄ est ſm ipsaz operatio
Differt autē forte nō parū in possessiōe vel vsu
optimū existere. z in habitu vel operatione. ha
bitum q̄dē em̄ ꝓtingit nullum bonuz perficere
existentē. vtputa dormienti aut z aliter quali/
ter ocioso. operationem autem nō possibile est
operabīt em̄ ex necessitate z bñ opabīt. Quē/
admodū aūt in olimpiadibꝫ non optimi z for/
tissimi coronantur. sed agonisantes. horuz em̄
quidem vincūt. ita et eorum (qui in vita bono
rum z optimorū operantes) recte illustres fi/
unt. Est aūt in vita ipsorum ſm se ipsam dele
ctabilis. Delectari quidem em̄ animalium est
vnicuiqꝫ autē delectabile ad qd̄ dicīt amicus
talium. vtputa equus equū. quidē amanti spe
ctaculū autē amanti spectaculuz. eodē autem
modo z iusta amanti iustuz z omnino que ſm
virtutem amanti virtutē. Multis quidem er
go delectabilia aduersantur ad inuicem. quia
non naturalia sunt amantibꝫ aūt bonum sunt
delectabilia que natura delectabilia. Tales
autē ſm virtutem operationes. quare z in his
sunt delectabiles z ſm ipsas. Nihil autē indi/
get voluptate vita eorū quasi adiūcto aliq̄. sed
habet voluptatem in seipsa. Cum dictis em̄
nullus est bonus qui non gaudet bonis opera
tionibꝫ. neqꝫ em̄ iustum vtiqꝫ diceret aliquis
non gaudentē iusta operatione. neqꝫ liberalem
non gaudentē liberalibꝫ operationibus. Si/
militer autē z in alīs. Si autem sic ſm seipsa s
vtiqꝫ erunt ſm virtutē operatōes delectabiles
Quinimo et pulcre et bone z maxime. horum
vnūquodqꝫ si bene. Judicat de his studiosus
Judicat autem vt diximus. optimum ergo z
pulcerrimū et delectabilissimum felicitas. Et
non diuisa sunt hec ſm deliataz superscriptio
nem optimū iustissimum desideratissimuz au
tem sanum esse. delectabilissimū vero quo q̄s
optat frui. omnia em̄ hec existūt optimis ope
rationibus. hanc autem vel vnam harū opti/
mam dicimus esse felicitatem. Videtur tamē
et eorum (que exterius sunt bonorum) indigēs
quemadmodum diximus. Impossibile enim
vel non facile bona operari impotentem tribu
ere existentem. Multa quidem enim operata
sunt quemadmodum diximus per organa p
amicos per diuitias et ciuilē potentiaz. Qui/
busdam autem denudati coinquinant beati/
tudinem vtputa nobilitate bona prole pulcri/

UVA. BHSC. IyR_098_1

tudine. Non omnino eñ felix qui specie tur/pissimus vel ignobilis vel solitarius et sine p le. Amplius autē forte felix minus si huic pes/simi filij sunt vel amici vl' boni existentes mor tui sunt Quēadmodū igitur diximus videtur indigere et tali prosperitate. Unde in idē ordi nant quidam bonam fortunam. felicitati qui/dam vero virtutem

Querit nono Utrum operatões vir/tuose sint fm se delecta/biles. Arguitur primo q non. quia bonum hone/stum et delectabile distinguuntur. Sed operatio virtu/tis est bonū honestū. ergo non est delectabilis. Scdo sic. virtuosus in operando tristatur z pdit maiora bona que possit habere in vita. quia pdit gaudium et leticiaz. ergo operationes virtuose non sunt fm se delectabiles

In oppositum est phūs in textu.

Sciendum primo

Q̄ postq̄ phūs inuestigauit diffinitionē felicitatis hic cō sequēter ipam oñdit esse sufficientē tam ex parte modi p cedendi huius scie. q̄z ex dictis antiquoz de felicitate. Uñ licet p̄dicta diffinitio nō sit simplr q̄dditatiua z cō/pleta. tñ sufficiēter explicat naturā felicitatis. put sufficit ad ꝓpositu. q. prius oportet determinare de aliquo figu raliter in complete. z postea inquirere diffinitionem com pletā. q. cuilibet est apponere q̄ dicit: Etiā sicut pri/us dictū est nō oportet inquirere certitudinem simplr in omnib. sed in singulis fm materiā subiectā neq̄ in ꝯclu sionib. artiū. neq̄ etiā in principijs. Nam principioz que dam cognoscūtur inductione vt q̄dam materialia Que dam p̄sensum vt naturalia: Quedam p consuetudinez vt moralia. Et in singulis oportet temptare et cognosce re principia eo mō quo nata sunt cognosci. quia multum valent ad cognoscendū sequentia. Nam vt habet textus Principiū est plus q̄z dimidiū totius. Ideo cum in hac scia procedat grosse et figuraliter sufficiebat dare diffini/tionē felicitatis prius positā. Sciendū scdo. q. oīa ali/quo mō vero consonāt vt ōr in textu. Ideo phūs notat p̄ dictā diffinitionē p ea que dicta sunt de felicitate q̄ omia quodāmodo ꝯcordāt p̄dicte diffinitioni. Uerū eñ ē bo/nū intellectus z falsum est malū eius. Et sicut nihil ē ita malū quin aliquid boni habeat et consonet bono: Et ita nihil adeo falsuz quin aliquid virtutis includat. z in hoc personat vero. ideo omia dicta antiquoz de felicitate ha/bent aliquid veri p quod cōueniunt in vna diffinitiōe feli citatis. Unde cōsequenter dictū fuit q. felicitas est ope/ratio anie rōnalis. q. scdm antiquos sapiētes q. triplicia sunt bona. scz bona exterioza. scilicz diuitie. honozes. ami ci et alia hmōi. Alia sunt bona corpis. vt robur sanitas et hmōi. Alia sunt bona aie: vt scia virtus. Et ista sunt bona humana. quozum prima dicuntur exterioza. et alia duo interioza. Et inter ipa pfectioza sunt bona aie Quz igitur felicitas sit bonū potissimū hominis circa bonū ani me. Sed operatio aie est bonū eius. q̄ cōuenienter ōr q. felicitas est bonū aie Sciendū tercio. q. p̄dicte diffiniti oni concordat cōmune dcm antiquoz. scz q. bene viuere et bene operari idem sunt ei qō est felicē esse. nam bona vi ta nihil aliud videt esse q̄ bona operatio. z sic cum felici/tas sit bona opatio ipsa est bona vita. Concordāt etiam p̄dicte diffinitioni opiniones ponentiū felicitates esse in virtute. Et isti sunt tripartiti. Nā q̄dam posuerūt q. vni uersaliter q̄libet virtus est felicitas. vel spealiter virt' mo ralis que est pfectio appetitus regulati p rectam rōnem. Alij posuerūt felicitate esse p̄udentiā que est summa p/fectio rōnis practice. Alij dixerūt q. felicitas est sapientia que est pfectio rōnis specifice. Nota q. neq̄ sapientia est felicitas ꝓ templatiua. neq̄ p̄udentia est felicitas actiua formaliter tñ bene causaliter

Sciendū quarto. q. scda opinio posuit oīa ista vel ali/aliq̄ō istoz esse felicitatē. z cū hoc adiūxit volūtatem. Et hec secūda opinio diuidit in duas. Nā q̄dam posuerunt virtutē cū volūtate q̄si ex equo esse felicitatem. alij aūt ita posuerūt q. felicitas est ꝑtus nō sine volūtate q̄si secūda rio se habēte ad felicitatē. Tercia vero opinio cū his oīb' p̄dictis ꝓplemētū felicitatis adiūxit habūdātiā bonoz exterioz. Unde p̄mi ꝓueniūt cū vera diffinitiōe felicita/tis. q. felicitas est operatio virtutis. sed opatio ꝑtutis ē aliq̄ virtus. q̄ illa opinio hz aliquid veritatis. sed tñ dif/fert a virtute. q. melius est veritatē ꝓsistere in opatione q̄ in habitu. q. habentē habitū ꝓtingit ociosum esse vt hz textus. Sed oportz q. ille (cui inest bona operatio) opere tur. ideo opatio pfectioz est habitu. sicut in reb' exterioribꝫ vsus rei melioz est possessione eius dē. sicut etiaz in monte olimpho qui est mons altissimus in macedonis. in quo fiebant ludi ad exercitiū pugne. qui ludi vocabātur olim phiades in quib' nō cozonabātur aliqui nisi illi q̄ pugnā do deuincebant. Ita siliter est in vita virtuosa. q. illi sunt summe felices qui recte operant. Secūda etiā opinio (q̄ cū virtute posuit volūtatē z delectatiōem) aliqualit' ve/rum dicit. Et circa hoc ponūtur aliq̄ ꝯclusiones.

Conclusio prima

Operatões virtuose sunt delectabiles ꝑtuosis. Proba tur. q. quilibet amāti aliq̄d illud q̄ amat est sibi delecta bile. Sed virtuosus amat virtuosas opatiões. q̄ ꝛc.

Scda ꝯclusio. delectatio in opatõe virtutis potioz est est z melioz alijs delectatōib'. Probat. nā q̄ est fm se de lectabile z fm naturā ꝓpriaz. est magis delectabile q̄ de lectabile fm aliud. sed opatiões ꝑtuose sunt delectabi/les fm se. alie vero sunt solū delectabiles habentib' habi tus coꝛruptos. igit. Minoꝛ ē. pbat phūs a signo. q. in de lectatiōib' q̄ sequūtur habitus coꝛruptos est ꝓtrarietas vt. p̄digus delectat in ꝑfluas datione pecuniarū. illiberalis vero in ꝑfluas rettēiõe. z in alijs nō est ꝓtrarietas

Tercia ꝯclusio. opatio virtuosa in se habet delectatio nem vel de rōne sua. Patz. q. nullus diceret hominē iu/stum qui nō gauderet iustis operationib'. ergo ꝛc. Ex q̄ patet q. operatio virtuosa nō requirit delectationē quasi aliquid extrinsecū sibi adūctum

Quarta conclusio. operatões virtuose nedum fm se sunt delectabiles. sed etiaz pulcre z bone. Patet. q. pul/critudo ꝯsistit in debita ꝓmensuratiõe partium. sed ope ratiões virtutis habent debitam ꝓmensuratiõe circū/stantiaruz. ergo sunt pulcre z etiam bone. quia ordinan/tur ad bonum finez. Ex quibus sequitur. q. felicitas est operatio optime virtutis que est quid optimum delec/tabilissimum et pulcherrimum. Et referuntur hec tria

UVA. BHSC. IyR_098_1

ad vnum et idem et non ad diuersa. sicut falsē scriptum erat apud deos in templo apollonis. vbi dicebatur optimum esse iustissimum. desideratiuum autem esse sanū et delectabilissimum illud quo aliquis optat frui. Sed tercia opinio conuenit cum predicta diffinitione felicitatis. quia bona exteriora deseruiunt felicitati. vt diuicie et amici et pulchritudo corporis. Quia qui caret omnibꝫ istis caret pluribus operationibus virtuosis que mediantibus pluribus bonis exercent. Ideo ōt pbus q̄ non omnino felix est qui specie turpissimus est quia per hꝰ ab alijs contemnitur et despicitur

Ad rationes Ante oppositum Ad primam dicitur q̄ bonum quod est formaliter delectabile ab vltima eius perfectione distinguitur a bono honesto

Sed tamen bonum honestum virtualiter et eminenter includit delectationem. licet non sit vltima perfectio ideo non denominatur delectabile. Ad secḋam dicitur q̄ licet fortis in operando tristetur sm appetitum sensitiuum. tamen sm voluntatem et rationem delectat in quantū operatur sm habitum. et sic sequitur suum finē et magis bonum q̄ sit illud quod amittit.

Unde et queritur. vtrum et discibile vel assuescibile: vel aliter qualiter exercitabile vel sm diuinam quandam particulam. vel propter fortunam aduenit. Si quidem igitur et aliquod aliud deorum est donū hominibus rationabile et felicitatem dei datum esse. et maxime humanorum quanto optimum. Sed hoc quidem forte alterius erit vtiq̄ perscrutationis magis proprium. Videtur autem etsi non a deo missum est. sed propter virtutem et quandam disciplinam. vel exercitatione aduenit diuinissimorum esse. virtutis enim premium et finis optimum videtur et diuinum quod et beatum. Erit autem vtiq̄ et multum commune possibile enim existente omnibus non orbatis ad virtutem per quandam disciplinam et studium. Si autem est ita melius q̄ propter fortunam beari rationabile habere sic. Siquidem que sm naturam vt possibile optime habere sic nata sunt. Similiter autem et que sm artem et omnem causam. et maxime sm optimam. Maximum autem et optimum concedere fortune valde perniciosum vtiq̄ erit. Manifestum autem et ex ratione qō queritur dictum est enim anime operatio sm virtutem qualis quedam. Reliquorum autem bonorum hec quidem existere necessarium. hec autem cooperatiua et vtilia nata sunt organice Confessa autem hec vtiq̄ erunt. et his que a principio. politice autem finem optimum posuimus. hec autem optimū studiū facit huiusmodi quales quosdam et bonos ciues facere et operatores bonorum. Decenter igitur neq̄ bonum. neq̄ equū. neq̄ aliud animatum aliquod felix esse dicimus. nullū em̄ ipsorū possibile est ꝓmunicare tali operatiōe. Propter hanc cām neq̄ puer felix est. nōdum em̄ operator talium per etatē. dicti aūt ppter spem beatificand. indigent em̄ quemadmodū diximus et virtute perfecta et vita pfecta

Querit decimo. Vtrū felicitas insit homini a causa diuina. vel a cā humana. vel a cā fortuita Arguit primo nō sit a causa diuina. qz si sic sequeretur q̄ homo frustra operaretur vt felicitatem assequeretur. Tenet cōsequentia. quia prima causa est per se sufficiens ad productionem sui effectus non indigens aliquo alio. Arguit secūdo q̄ non sit a causa humana. qz effectus non debet excedere suam causam. cum ergo felicitas sit quid diuinum. sequitur q̄ non sit a causa humana. Arguit tercio q̄ sit a causa fortuita. quia felicitas euenit vt in paucioribus et raro. ergo est a fortuna. In oppositum est philosophus in textu

Conclusio prima

Felicitas ineſt homini a causa diuina tanquā a causa remota. Probat pbus. quia si aliquid ineſt nobis ex dono deorum rōnabiliter videtur q̄ sit felicitas cum summū bonum hois sit dei donū. Manifestum em̄ est q̄ cōto aliquid perducit ad altiorem finem. tanto est ab altiori efficiente. Hoc tamen forte est altioris pscrutationis et magis ꝓprium vt dicitur in textu.

Conclusio secūda. felicitas ineſt nobis a causa humana tanq̄ a causa proxima. Probat philosophus duplicit. Primo quia de ratione felicitatis est q̄ sit quid optimum et diuinum. Sed hoc non tollitur si felicitas ponatur ineſſe hominibus a deo mouente. mediante tamē labore humano. ergo felicitas est a causa humana. Secunda ratio. cuz felicitas sit finis totius nature humane debet esse ꝓmunis oīb aut pluribꝫ habentibꝫ naturā humanā. Sed illud saluar si sit a causa humana. qz sic habetur q̄ quādam disciplinā studiū vel assuefactōem in oīb non habentibꝫ impedimentum ad operandū sm virtutē

UVA. BHSC. IyR_098_1

Conclusio tercia. irrationale est dicere felicitatez esse a causa fortuita. Probat philosophus duabus rationibus. Prima est. illud quod est a causa per se est dignius illo quod est a causa per accidens. sed felicitas est dignissimum et optimum bonum hominis. ergo melius est ipsaz esse a causa per se. siue sit humana siue diuina. q̄ a causa per accidens. ergo. Secūda ratio. q felicitas est maximum omniū bonorum humanorum. ergo irrationabile est ipsam esse a fortuna. Consequentia tenet. quia si esset a fortuna. multo magis alia bona essent a fortuna. z sic cessaret omne studium humanum ad bona humana acquirenda. ergo felicitas non inest a fortuna. Tercio probatur hoc per diffinitionem felicitatis. quia felicitas est operatio fm virtutem. sed operatio virtuosa non est a fortuna. quia non fit preter intentionem agentis. ergo felicitas non est a fortuna. Nec valet dicere q felicitas requirat aliqua bona exteriora. quia illa nō sunt nisi de bene esse et instrumenta ipsius felicitatis. ideo in ipsis non consistit felicitas. Ex dictis infert philosophus q nullus animal irrationale habet operationem fm virtutem z rationem. Infert secūdo q pueri nō sunt felices propter eādem causam. quia propter defectum etatis nōdum habent vsum plenum rōnis. Et si aliquādo dicantur beati hoc est propter spem future perfectionis acquirende. vel propter bonā disciplinā a parentib⁹ et magistris. vel p̄ pter bonam ꝯplexionem.

Ad rationes ante oppositum. Ad p̄mam dicitur q felicitas dependet a causa humana. et etiam a causa diuina. Nō propter insufficientiam vel deficientiaz cause diuine. sed hoc congruit fini rerum. Ad secundam dicitur. q felicitas dicitur aliquid diuinum nō quia sit aliquid a deo sed quia propter excellentiam sue bonitatis facit aliquē similem deo. Et inter bona hominis felicitas est maius bonum. Ad terciam dicitur. q licet felicitas aduenit raro in ordine ad suppositum humana z ad tempus. adhuc tamen semper in ordine ad suam causam. quia homines volentes operari fm virtutem et rationem omnes tales possunt assequi felicitatem. Et q aliqui nō assequantur hoc est quia magis insequūtur appetituz sensitiuum q̄ rationem

Multe autem transmutationes fiunt omnimode fortune fm vitam et contingit maxime habundantem magnis calamitatibus incidere in senectute quemadmodum in heroycis de priamo narratur. talibus autem vsum fortunis z finientem miserabiliter nullus vtiqz felicitabit. Verum igitur nullum alium hominum beatificandū vsquequo vtiqz viuit. sed secundum solonem autem debitum est finem respicere. Si autem vtiqz et ponendum ita ergo et est felix. tunc cum vtiqz morietur. vel hoc omnino inconueniens. Aliterqz dicentibus nobis operationem quandam felicitatem. Si autem non dicimus mortuum felicem. neqz solon hoc vult. sed quoniam tunc vtiqz quis fūr/miter beatificabit hominem vbi iam extra mala existentem et infortunia habet quedam. et hoc questionem quandam. Videtur enim esse mortuo et malum aliquod z bonum siquidem viuenti non scienti autem. puta honores z inhonorationes et filiorum et omnino pronepotum prosperitates et infortunia. Questionem autem et hec tribuūt etenim qui beate vixerit vsqz ad senectutem et mortuus est secūdum rationē. contingit multas transmutationes fieri circa filios. z hos quidem ipsorum esse bonos et potiri vita. que est secūdum dignitatē. hos autem econuerso. Manifestum autem quoniam discessionibus ad patres omnifariam habere ipsos contingit Inconueniens autem fiet vtiqz si simul transmutet et mortuus et fit et aliquando quidem felix. rursus autez miser Inconueniens autem et nichil neqz in quodam tempore superuenire que sunt filiorū partibus. Sed reuertenduz ad prius quesitum forsitan em̄ vtiqz inspicietur et quod nunc quesitum est ex illo. Si enim vtiqz finem videre oportet et tunc beatificare vnumquemqz non vt existentem beatum. sed quoniam prius erat qualiter non inconueniens. si quando est felix non vere dicetur de eo existere ꝓpter non velle viuentes felicitare propter transmutationes z propter permanēs quidem felicitatem existimare. et nequaq̄ facile transmutabile. fortunas autem multotiens recirculari circa eosdē Manifestum q si sequatur fortunas eundem felicem et rursus miserum. et dicimus multotiens cameleōta quēdam felicem nunciantes et debiliter firmatum. Vel fortunas quidam

UVA. BHSC. IyR_098_1

sequi nequaq̄ rectum non enim in his bene vel male. sed indiget his humana vita quem admodum diximus. Domine autem sunt que ſm virtutem operationes felicitatis contrarie autem contrarij. Testatur autem sermoni et quod tunc quesitum est. circa nihil enim sic existit humanorum operum constantia. vt circa operationes que sunt ſm virtutem permanentiores enim et disciplinis hec videntur eē earundem autem bonorabilissime permanentiores propter maxime ꝛ maxime continuevivere in ipsis beatos. hoc enīz assimilatur cause eius quod non est fieri circa ipsa oblīuiones Existet autez vtiq̄ qō quesitū est felici et erit per vitam talis. semper enim vel maxime omnium operabitur ꝛ speculabitur que ſm virtutem. Et fortunas ferret optime ꝛ vtiq̄ omnino prudenter qui et vere bonus ꝛ tetragon⁹ sine vituperio. Multis autem factis ſm fortunam ꝛ differentibus magnitudine ꝛ parui tate parua quidem prosperitatū. Similit autem et oppositoz mām q̄ non faciunt inclinationē vite. Magna autē ꝛ multa facta quidez bene beatiorē faciunt vitā. etēm hec concordare nata sunt. ꝛ vsus eorum bonus ꝛ studiosus fit. Econuerso autē accidentia tribulant ꝛ cō turbant beatū. tristicias ēm inferūt ꝛ impediunt multis operationibus. veruntamen ꝛ in his refulget bonum. Cū ēm vtiq̄ferat quis faciliter multa et magna infortunia non propter doloris insensibilitatē vilis existens ꝛ magnanimus. Si autē sunt operationes domine vite quēadmodum diximus: nullus itaq̄ beatoz fiet miser. neq̄ ēm aliqū operabitur odibilia ꝛ mala. vt ēm vere bonum ꝛ sapientē omnes existimamus fortunas decenter ferre ꝛ existentiby semp optima opari. quēadmodum ex datis ꝛ ducē bonū presente exercitu vti maxime bellicose et coriozuz inciſor est ex datis corijs optimum calciamentum facere. Eodem modo et alios artifices omnes. Si autem ita miser quidē nequaquā fiet vtiq̄ felix. neq̄ vtiq̄ beatus pre amicis fortunis incidet neq̄ vtiq̄ facile transmutabilis. Neq̄ ex felicitate mouebitur facile. neq̄ a contingētibus infortunijs sed a magnis et multis. et ex talibus nō vtiq̄ fiet rursus felix in paruo tēpore. sed si quide n in multo et perfecto magnorum et bonoꝝ n ipso factus habundans. Quid igitur prohibet dicere felicem ſm virtutem perfectam operantem et exterioribus bonis sufficienter ditatum non contingit tēpore. sed perfecta vita vel apponendum et victurum sit et finiturum ſm rationē. quia futurum īmanifestum nobis felicitatem autem finem ꝛ perfectuz ponimus omnino Si autē ita beatos dicemus viuētiū quiby existunt ꝛ existent que dicta sunt. beatos autē vt homines. Et quidez igit̄ de his in tantū dictū sit. Pronepotē autē fortunas ꝛ amicoꝝ omniū nequaq̄ q̄dē ꝓferre valde īamicabile videretur ꝛ opinionib⁹ contrariū Multas autē ꝛ omnimodas habentib⁹ differētias accidētib⁹ ꝛ his quidē magis redūdātib⁹. his aūt minus ſm vnūqōq̄ quidē diuidere longū ꝛ infinitū videret. vniuersaliter aūt dictū ꝛ typo forsan vtiq̄ ꝛ sufficienter habebit Si vtiq̄ quēadmodū et circa ipsum fortunarū hequidem habent aliquod pondus ꝛ auxiliū ad vitā he autē leniores videntur. Ita ꝛ q̄ circa amicos similiter oēs. Differt aūt ꝛ passionū vnaquaq̄ circa viuentes et mortuos contingere multomagis q̄ iniusta et mala preexistere in tragedijs vel fieri syllogisandum vtiq̄ et ita differentiā. Magis autē fortassis inquirendū circa eos qui defecerūt si bono aliquo cōicant vel oppositis. Videtur ēm ex his si et redun/

UVA. BHSC. IyR_098_1

dat ad ipsos quodcūq; sūe bonū sūe contra/rium fragile quoddā ꝛ parū vel simplr vel ip sis esse. Si aūt non tm̄ ꝛ tale vt faciat felices eos qui nō sunt. neq; his q̄ sunt auferat beati tudinē. Cōferre q̄dem igit̄ aliq̄d videnť his q̄ defecerūt bone operatōes amicoꝝ: Sil'r autē et infortunia. talia aūt et tam magna vt neq; felices nō felices. necnon felices felices faciāt nec aliud taliū aliquod.

Queritur Utrum hō possit hic dici vere felix Arguitur primo q̄ non. q̄ felicitas est summū bonū ꝛ perfectissimū. sed tale bo/num nō pōt haberi in hac vita. q̄ in hac vita hō est sub/iectus multis infortunijs et indigētijs. ℊ Secō sic. fe/licitas est status oīm bonoꝝ aggregatione pfectus. vt dt Boetius. sed nullus in hac vita p̄t sibi aggregare oīa bona. ℊ. In oppositū est pbus in textu

Sciendum primo

Q̄ postq̄ pbs ostendit quid sit felicitas. ꝛ determīauit de cā felicitatis. Consequēter inq̄rit aliq̄e dubitationes de felicitate. ostendendo qualiter ꝛ pro quo statu possit hoibus p̄uenire. Et solū hic loquit̄ pbs de felicitate pre/sentis vite ad quā ex naturalib; principijs possumus p/uenire. Secō sciendū. q̄ Solon qui fuit vnus de sep/tem sapientib; qui condiderūt athenien̄siū leges opinat? est neminem vere dici felicem nisi in termino vite sue. eo q̄ vita presens est multum instabilis. felicitas aūt est bo nū stabile ꝛ immobile Sed hanc opinionē reprobat pbs primo sic. felicitas est summū bonū et pfectissimū. mors aūt est summus defectus. ergo in morte homo nō debet dici vere felix Secō sic. felicitas consistit in opatiōe mor tuus aūt non habet aliquā opationē. ergo non debet dici vere felix loquēdo de felicitate p̄ntis vite. q̄ pbs nō iten dit loqui de felicitate future vite Sed ad istas rationes responderi posset. q̄ Solon non vult dicere mortuu esse felicem cum moritur. sed quia post mortem homo est ex tra pericula et infortunia huius vite. ideo tūc p̄t dici q̄ sit vere felix Sed hanc rōnem excludit pbus duplicit̄ Pri mo quia mortuū differt a viuis sicut non sentiens a sen tiente. ergo ea que possunt contingere homī non sentienti p̄nt contingere homini mortuo. sed homini non sentienti puta dormienti p̄nt accidere multa mala ꝛ infortunia. vt deportatio bonorum et alia huiusmodi. vel circa p̄priam psonam. vel circa parentes. ergo ista possunt contingere mortuo. ꝛ p cōsequens non est totaliter extra infortunia p̄ntis vite. si ergo ipso viuente non poterit dici felix. quia sit subiectus murationib;. nec etiā p̄t dici post mortez fe lix. Secda rō est inconueniens est dicere aliquem fuisse feli cem de quo tm̄ nunq̄ dicebať vere q̄ esset felix. Nam om nis p̄positio de preterito vera habuit aliq̄n vnam de pre senti veram. sed nunq̄ de homine viuente fuit verū dice re q̄ sit felix. ergo neq; erit verum dicere de ipso q̄ sit felix ideo aliter soluit pbus presentē questionem Pro quo

Sciendū secūdo q̄ in iudicando aliquem esse felicem vel miserum non oportet insequi fortunam. alis felix esset mutabilis ad motum animalis illius quod vocatur ga maleon. quod mutat colorem sm colores diuersoꝝ co/porum sibi oppositorum. sed oportet aspicere ad stabili/tatem virtutis. cum felicitas sit operatio eius. Item nota sm albertum q̄ gamaleon est animal quoddaz qō in se nihil potens est nisi in formicas quas deuorat. ꝛ ad omnia alia ita mutabile est q̄ ex timiditate congelato spi ritu sensum amittit ꝛ motum

Conclusio prima

Virtutes et operationes virtutum inter omnia bo/na humana maxime permanent. Patet quia inter bona humana bona anime sunt permanentiora corporalibus sed virtutes sunt bona anime. ergo ꝛc. Et adhuc virtu tes sunt permanentiores scientijs. non tamen quātum ad materiam. cum scientia sit circa necessaria. sed q̄tum ad exercitium actus. Unde quia occurrit continua ma teria virtutis sicut vsus ciborum. collocutiones hominū et alia huiusmodi. ideo dicit philosophus q̄ hec est cau/sa quare circa virtutes non cito accidit obliuio. Ex ista questione sequitur q̄ felicitas est bonū stabilissimū. quia operationes ꝛ virtutes sunt stabilissime. felicitas autem est operatio virtutis. ergo ꝛc.

Conclusio secūda. licet felix sit subiectus multis in/fortunijs. non tamen ꝓpter hoc oportet ipsum a felicitate mutari. Patet q̄ felix cū sit firmatus in virtute. semper q̄tum est possibile sustinet omnia sibi aduenientia patiē ter. ergo ꝓpter infortunia nō mutať. licet em̄ felix ꝓpter ali qua infortunia tribuleť. q̄ tm̄ illa patienter sustinet. ideo dicit q̄ est vir bonus ꝛ nō sm apparentiā. sed est sicut te/tragonū sine vituperio. Sicut em̄ tetragonus est corp? cubicū habēs sex superficies quadratas. ꝛ quocūq; mo/do p̄iciať semp̄ stat rectus. ita etiā virtuosus semp̄ stat rectus ita q̄ nunq̄ flectiť ab optimo virtutis ꝓpter que/cūq; infortunia. non eo q̄ nō sentiat dolorem. sed q̄ suas passiones ꝛ dolores recta rōne regulat.

Conclusio tercia. licet felix felicitate vite presentis sit transmutabilis in non felicem. hoc tamen est cum mag/na difficultate. Primū patet. quia felix virtute actua po test mutari in vicium per defectum exercitij. potest etiaz felix perdere habitum virtutis contemplatiuū per obli/uionem. igitur ꝛc. Secunda pars patet. quia virtus (cu ius felicitas est opatio) est quidā habitus. sed habit? est difficulter mobilis. ergo ꝛc.

Conclusio quarta. nichil prohibet aliquem in presenti vita dici vere felicem. Patet quia ille potest dici vere fe/lix qui operatur sm virtutem perfectaz ꝛ habundat suf ficienter in bonis operibus. scz quātum sufficit ad opera tionem virtutis. non quidez in paruo tempore sed in vi/ta perfecta et per longum tempus. sed multi possunt eē tales in hac vita. ergo ꝛc. Ex dictis patet q̄ felicitas p̄/sentis vite non est penitus transmutabilis. nec excludit oīa mala. ideo dicit pbs q̄ in presenti vita multi possunt dici felices. nō simpliciter. sed vt hoīes.

Dubitatur primo

Utrum fortune hominum redundāt in amicos. Di/citur em̄ primo q̄ fortune amicoꝝ reduc̄ūt in alios ami/

UVA. BHSC. IyR_098_1

cos. Patet quia nisi sic hoc esset contra rationem amicicie. Redundantia enim in aliquo est quedam vnio. ita q vnus amicus reputat illud suum quod est alterius. ergo bonum z malum vnius amici redundat in aliuz. Dicitur secundo. q fortune vnius amici non mutant aliuz amicum de felicitate in miseriam vel econtra. Patet qz fortune proprie non transmutant felicem. Si enim fortune sint magne sunt materia virtutis. si autem sunt pue pro nihilo reputantur.

Dubitatur secundo. vtrum fortune viuorum redundant in mortuos. Ad dubium dicitur primo. q fortune viuorum aliqualiter redundant in mortuos. Patet quia amici mortui aliqualiter attingunt presentem vitaz pro quanto manent in memorijs hominum et in fama populi. ergo fortune viuorum redundāt aliqualiter in ipsos mortuos Dicitur secundo q fortune viuorum multomagis redundant in amicos viuentes q̄z in mortuos Patet quia diuersimode attingunt presentem vitam. Vnde magis differenter se habent iam presentem vitam. cta q̄z olim facta. quia in ipsis est differentia ex parte personarum. in alijs vero ex parte euentuum. Dicitur tercio. q illud quod ex viuis redundat in mortuos parum est z fragile. Patet quia solum attingit mortuos prout sunt in opinione vel memorijs hominum Ex quibus sequitur q fortune viuorum nō mutant mortuos de felicitate in miseriam Rationes ante oppositum soluūtur ex dictis. Et hec de questione.

Eterminatis autem his scrutemur de felicitate. vtrum laudabilium est vel magis honorabilium. manifestuz em̄ quoniaz potentiarū nō est. Videtur aūt oīe laudabile in quale quid esse z ad aliq̄d qualiter habere laudari. Justū em̄ z virilē vniuersaliter bonū z virtutē laudamus ꝓpter opera z actus z fortem z cursorē et aliorum vnūquēq̄z in qualē quandā naturam esse z habere aliqualiter ad bonū aliquod et studiosum. manifestū est hoc z ex his que circa deos sunt. laudibus em̄ videnť ad nos relati. Hoc autē contingit quia sunt laudes per relationē vt diximus. Si aūt est laus talium manifestū quoniā optimoz nō est laus sed maius aliquid et melius. Quēadmodū videtur. deos em̄ beatificamus z felicitamus et virorum diuinissimos beatificamus. silr autē z bonorū. nullus em̄ felicitatē laudat quēadmoduz iustum. sed vt diuinius aliquid z melius beatificat. Videtur z Eudoxius bñ attribuisse de ꝑmitijs voluptati Jn nō laudari em̄ bonoz existentē nunciare existimat. quoniam melius est laudabilib⁹ Talē autē esse deum z ꝑ se bonū. Ad hoc em̄ z alia referri laus q̄dez virtutis. opatores em̄ bonoz ab hac virtute laudant. laus aūt opez simil̄r z corporaliū z animaliū. Sed hoc quidē forte magis ꝑpriū certificare his qui circa laudes insudarunt. Nobis aūt manifestū ex his q̄ dicta sunt. qm̄ est felicitas honorabiliū z ꝑfectorum. Videtur aūt ita habere z propter esse principiū huius em̄ gratia reliqui omnia omnes opantur. Principiū autē z causam bonoz. honorabile quid et diuinū ponimus.

Queritur Vtrum felicitas sit de numero bonorum honorabiliū vel laudabilium Arguitur primo q sit de numero laudabiliuz quia illud est laudandum quod deo attribuitur. sed attribuimus deo felicitatem. ergo felicitas est laudabilis. Secundo sic. propter quod vnūquodq̄z tale z illud magis. sed virtus laudatur propter operationem eius. cum ergo felicitas sit operatio virtutis erit laudabilis.

In oppositum est phs in textu.

Sciendum primo

q laus et vituperium debentur his que sunt in potestate nostra. z quoz nos sumus dñi. Et silr dom est de honore q̄ ad nos. Dupl̄r tn̄ differunt laus z honor. primo ex ꝑte illoz in quib⁹ existunt. qz honor in pluribus exhibetur siue cōsistit. nam honor importat testimoniū manifestās excellentiā alicuius. siue sit ꝑ verba siue ꝑ signa vel ꝑ facta vt cum aliq̄s flectit genua vel assurgat ante alterū Sz laus solū consistit in verbis. z sic honor in plus se habet q̄z laus. Secundo differunt q̄z tum ad id cui exhibentur vtrūq̄z em̄ exhibetur ꝓpter aliquam excellentiam. sed duplex est excellentia. quedaz est absoluta non ordinata ad aliq̄d aliud. sicut excellētia virtutis. z huic debetur laus Ex hac differentia patet. q illud est laudabile cuius bonitas ordinatur ad aliquid aliud. Et illud est honorabile cuius bonitas non ordinatur ad aliquid aliud. sed illō est per se bonum.

Sciendum secūdo. q honor sic diffinitur. Honor est exhibitio reuerentie in signum virtutis: vel sic Honor ē reuerentia cum timore absq̄z sermone Sed reuerentia est resilitio in ꝓpriam virtutem z considerationem magnitudinis alicuius alterius Sed laus est signū excellentie ex virtutis signum factum ꝑ synonem. vel sic Laus est ꝑconium ore alieno celebratum. Sed gloria est clara cum laude noticia Quibus positis ponitur

Conclusio prima

Capiendo laudem vt distinguitur ab honore felicitas non est de numero laudabilium Probat̄ tribus rōnibus

UVA. BHSC. IyR_098_1

Prima est. omne quod laudatur est ordinatum z relatū sed felicitas cum sit vltimus finis nō ordinatur ad aliud. ergo ipsius nō est laus sed aliquid melius. scz honor Secunda ratio illud quod est optimū non est laudabile quia laus est eorum que sunt ad aliud. sed felicitas ē optimū. ergo nō est laudabilis. Tercio probatur auctoritate Hesiodi. q posuerat felicitatē in voluptate dicens q voluptas nō debet laudari. q melior est cūctis laudabilib⁹

Conclusio secunda. felicitas est de numero bonorum honorabilium. Probatur. quia omne bonum vel est laudabile vel honorabile. sed felicitas non est bonum laudabile vt probatum est. ergo est bonū honorabile. Secūdo probatur. quia principium omnium bonarum operationū humanarū est de genere honorabilium z nō solum de genere laudabilium. sed felicitas est huiusmodi cum sit finis omnium humanorum actuum. ergo est bonum honorabile z non laudabile.

Dubitatur prima

Vtrum honor sit de genere bonorum honorabiliū. Ad dubium breuiter respondetur. q pro quanto honor habet rōem finis est honorabilis. Sed quia non est simpliciter vltimus finis cum queratur propter aliud non est simliciter honorabilis sicut felicitas.

Dubitatur secundo. vtrum laudes sint eodem modo accipiende circa virtutes corporis et circa virtutes anime. Respondetur q non. quia ad laudem virtutis anime sufficit q aliquis bene se habeat ad actum proprium actum virtutis. quia bonum hominis consistit in illo actu. Sz virtutibus corporis nō sufficit q aliquis bene se habeat ad actum proprium illius virtutis corpalis. puta ad currendum ad luctandum ꝛc. quia in his non cōsistit bonū hominis. potest em aliquis currere propter malum. sicut inuasor vel depredator. Ideo philosophus loquens de laude virtutum anime dicit. q aliquis laudatur propter actus z operationes. Sed ipse loquens de virtutib⁹ corpalibus dicit. q aliquis laudatur in ordine ad aliquod bonum et studiosum.

Ad rationes ante oppositum. Ad primam dicit. q nos laudamus deum propter bona opera que facit nobis. Et sic illa laus est eorum que sunt ad aliud Ad secundam dicitur. q illa regula solum habet veritatem vbi predicatus dicitur de ambobus subiectis. sed vbi nō dicitur de ambobus subiectis non tenet. Sicut non sequitur. terra est calida propter solem. ergo sol est magis calidus. Sed bene sequitur. ergo in sole est aliquid dignius calore. scz lumen. Neq; sequit. media sunt vtilia propter finem. ergo finis est magis vtilis. Sed bene sequitur q aliqd excellentius est fini attribuendum. scz honestum

Si autem felicitas operatio est quedaz fm virtutem perfecta. de virtute scrutandum est forte enim vtiq; ita melius et de felicitate cō templabūnur. Videtur autem z fm veritatez ciuilis circa hanc maxime insudare. vult z ciues bonos facere. z legum obauditores. Exemplum autem horum habemus cretensium lacedemoniorum legislatores. etsi qui alijs tales facti sunt. Si vero politice est perscrutatō hec. manifestum quoniam fiet questio fm eam que a principio electionem. De virtute autem perscrutandum humana videlicet. etenim bonum humanum querebamus z felicitatem humanam. Virtutem autem dicimus humanā non eam que corporis. sz eam que anime. sed et felicitatem anime operationem dicimus. Si autem hec ita habent manifestum quoniam oportet politicum scire aliqualiter que circa animam. quemadmodum et eum qui oculos curat z omne corpus. et magis quanto honorabilior et melior politica medicinali. Sed et medicorum excellentes multa negociantur circa corporis cognitionē contemplandū ita z q; et ciuili de anima. Contemplandū autē horum gratia et inquantū sufficienter habet ad questa. Jn plus em certificare operosius forte est propositis. Dicuntur aūt de hac z in exterioribus sermonibus sufficiēter quedā z vtē dum ipsis. puta hoc quidē em irrationale ipius esse hoc vero rationē habēs. Hec aūt vtrū determinata sunt quēadmodū corpis particule et oīe diuisibile vel ratione sunt indiuisibilia apta nata quemadmoduz in periferia curuum et concauuz nihil differt ad presens. Jrrationalis autem hec quidem assimilatur cōmuni z plantatiuo. dico aūt causaz eius quod est nutriri et augeri. Talem em anime virtutē in oīibus que nutriuntur ponet aliquis vtiq; et in embrionibus eandē vtiq; hanc z in imperfectis. rōnabilius em q; aliquā aliā Hec quidē igit cōis virtus quedā z nō humana appet Videtur em in somnis opari maxima pticula hec et virtus. bonus aūt z malus nequaq; manifesti sunt fm somnū. Vñ dicūt nihil differre fm dimidiū vite felices a miseris Cōtingit ātboc

UVA. BHSC. IyR_098_1

decenter. Quies em̄ est somnus anime ꝑm ꝙ dicitur studiosa et praua. Ueruntamen si quo paulatim pertranseunt quidem motuum. ⁊ ita meliora fiunt fantasmata studiosorum q̄ꝫ quorumlibet. Sed de hijs igitur sufficienter ⁊ nutritiuum igitur relinquendum. quoniam humane virtutis expers innata est. Uidetur vtiqꝫ et alia quedam natura anime irrationabilis esse participans quidem ratione aliqualiter. Incontinentis enim ⁊ continentis rationem habens laudamus. Recte enim et ad optima deprecatur ratio. Uidetur autem in ipsis aliud quidem preter ratōnem innatam esse quod aduersatur et obuiat ratōni firmiter em̄ quemadmodum dissolute corporis particule in dexteram preelegentium mouere in sinistrā praue feruntur et in anima sic ad contraria em̄ motus incontinentium. Sed in corporibus quidem videmus ꝙ peruerse motuꝫ est. in anima vero non videmus. fortassis autem nihil minus et in anima existimandū esse aliquid p̄ter rationem contrariās huic et obuians qualiter aūt alterum nihil differt. Ratione autem et hec videtur participare quēadmodū diximꝰ obedit igitur rationi quod continentis. Amplius autez forsitan subiectius est quod sobrij ⁊ fortis. om̄ia em̄ consonant rationi. Uidetur vtiqꝫ et irrationabile. Dupliciter plātatiuum quidē em̄ nequaq̄ꝫ communicat ratione. Concupiscibile vero et vniuersaliter appetibile ꝑticipat aliqualiter ꝑm ꝙ exaudibile est ei ⁊ obaudibile. Ita vtiqꝫ et patris et amicorum dicitur habere rationem ⁊ non quemadmodum mathematicorū. Quoniam suadetur aliqualiter a ratione ratōnabile nūciat ⁊ suasio ⁊ om̄is increpatio ⁊ deprecatio. Si aūt oportet ⁊ hoc dicere habere rationem duplex erit et habēs rationem hoc quidem principaliter et in seipo hoc autē quemadmodūa parte audibile aliqd. Determinat̄ aūt virtus ꝑm differentiā hec dicimus em̄ harum has q̄dem intellectuales has autem morales sapientium quidem et intellectum et prudentiam intellectuales. liberalitatem autem ⁊ sobrietatem morales. Dicentes em̄ de moribus non dicimus quoniā sapiens ⁊ intelligens: sed quoniā mitis vel sobrius laudamus aūt ⁊ sapientē ꝑm habitū. habituū aūt laudabiles virtutes dicimus.

Queritur decimotercio. Utrum appetitus sensitiuus aduerset̄ rationi.

Arguitur primo ꝙ non. qꝛ vt habetur in textu. appetitus sensitiuꝰ natus est audire rōnem et sibi obedire. ergo non aduersatur rōni. Secundo sic. ratio dominatur appetitui sensitiuo. vt habetur primo politice. ergo appetitꝰ sensitiuus non aduersatur rationi. In oppositum est philosophus in textu

Sciendum Est ꝙ postq̄ꝫ philosophꝰ determinauit de felicitate. consequenter determinat de virtutibus. Et primo probat ꝙ ad moralē spectat determinare de virtute. ⁊ hoc duplici rōne. Prima est: cuius est cognoscere finem. eius est cognoscere media ad illū finem. Sed moralis est cognoscere felicitatem. ḡ eius. est cognoscere virtutes. que sunt media ad felicitatem. Scda ratio. politicus maxime studet et laborat circa virtutem. quia intendit facere ciues bonos ⁊ legibus obedientes. Sed cōsideratio p̄sentis sciētie ꝑtinet ad politicā. qꝛ in hac scientia traduntur principia politice. ḡ ad hanc sciam ꝑtinet cōsiderare de virtute non tñ de qualibet. sed de virtute humana que est virtꝰ aīe. Ex istis infert ph̄s. ꝙ ad moralem spectat cognitio aīe non tñ qualitercunqꝫ. sed q̄ꝫtum sufficit ad ꝓpositum Primam ꝑtem probat ph̄s. quia sicut se habet medicus ad considerandū de corpore cuius sanitatem inq̄rit. sic se habet moralis ad considerandū de aīa cuius virtutē inq̄rit. sed medicus considerat corpus. ergo ⁊ moralis considerat aīam. Scdam ꝑtem probat ph̄us: qꝛ determinare de aīa plusq̄ꝫ requirat presens intentio esset oposius illius q̄ꝫ requirat presens negotium Aduertendum ꝙ tres sunt ꝑtes aīe: Una est vegetatiua seu plantatiua. alia est sensitiua ⁊ alia intellectiua Et ꝑm hoc triplex est appetitus: scꝫ naturalis. sensitiuus. et intellectiuꝰ Et sensitiuus diuidit̄ in irascibilē ⁊ concupiscibilem.

Conclusio prima

Potētia vegetatiua non est hūana. neqꝫ nata est obedire rōni. Prima pars pꝫ. qꝛ sola potētia d̄r humana que est aliquo modo ꝓpria homini. Sed ista pars est cōis om̄ibꝰ viuentibꝰ. ergo non est hūana. Scda rō textus. illa potentia nō ē humana que maxime operatur in sompnis. sed vegetatiua est huiusmodi. quia recurrente calore naturali ad interiora dum aīal dormit digestio melius celebrat̄ ergo illa potentia non est humana. Ideo prouerbialiter dicitur. ꝙ felices non differunt a miseris nisi ꝑm dimidiū vite quod est sompnus quia in sompno illa pars quiescit ab operatione ꝑm quā homo dicitur bonus vl̄ malus

UVA. BHSC. IyR_098_1

In supmo em ligatur iudiciū rōis z sepantur sensus exteriores. opatur em fantasia z vis nutritiua. Contingit tn̄ per accns q bonus z malus in supmo differāt nō pter dn̄am eoz̄ que fit in dormiendo. sed pter dn̄am que fit in vigilando. inquātum scz q̄dam motus vigilantiuz paulatim ptranseunt ad dormientes. put scz ea que audiuit vel vidit vel cogitauit aliqs vigilādo occurrūt fantasie. Et p hunc modū in dormiendo fiunt meliora fantasmata virtuosoz̄ qui occupāt circa honesta q̄ quoz̄dam aliozum. q occupant se vanis z inhonestis. Ideo bonus somniat de bonis operib. z prauus de malis. z sic p hoc differunt. Secūda pars conclusionis patet. quia pars vegetatiua nō est humana vt patuit. z per consequens non est particeps virtutis humane. neq; nata obedire rationi Conclusio secunda. pars sensitiua aliquo modo nata est aduersari rationi. z aliquo modo obedire. Et similiter appetitus sensitiuus. probat philosophus per ea que accidunt circa continentem z incontinētem. Quia continens licet habeat malas concupiscentias. nō tamē insequitur eas. sed ratio ipsas expellit. Sed incontinens mouetur ad contraria eoz̄um que ratio eligit nec se tenz in ratione. ergo in homine est aliquid q contrariatur rationi. z etiam sibi obedit. vt est appetitus sensitiuus. Itē probatur conclusio quo ad secūdam partem. quia in virtuoso omnia consonant rationi. eo q ex frequenti operatione appetitus sensitiuus est subiectus rationi. Ergo pars sensitiua est nata rationi obedire. Tercia pars patz quia sensus fertur in bonum pñs z particulare. Ratō vero in bonum vniuersale. sed multoties particulare bonum obuiat bono vniuersali. ergo appetitus sensitiuus aduersatur rationi. Ex dictis sequitur q duplex est rōnale. scz rationale per essentiam. z rationale per participatōnem. Sequitur vlterius q in homine est aliquid irrationale simpliciter. scz pars vegetatiua. Et aliquid simpliciter rationale. s. pars intellectiua. Et aliquid quodammodo rationale. s. appetitus sensitiuus qui dicitur rationalis per participatōem qui non totaliter obedit rationi. Ideo dicitur q duo primi motus appetitus non sunt in potestate nostra. ideo fm eos non laudamur neq; vituperamur. Ex dictis sequitur q duplex est virtus humana. scz moralis que perficit appetitum. z intellectualis q̄ perficit rationem. Sapiētia em intellectus z prudētia vt habet textus dicūtur esse virtutes intellectuales. Sed liberalitas z sobrietas dicuntur morales. Et hoc probat textus per laudes humanas. quia cū volumus aliquez laudare de suis moribus nō dicimus q sit sapiens z intelligens. sed q sit sobrius z mitis. Nec solum laudam⁹ aliquem de moribus. sed etiam laudamus propter habitum scientie vt habet textus. Habitus aūt laudabiles dicūtur virtutes. g̃ pter virtutes morales sunt aliq̄ intellectuales. sicut sapiētia intellectus z hmōi

Ad rationes ante oppositum. Ad primam dr. q sicut appetit⁹ natus est obedire rōi. ita natus est sibi aduersari. Ad secūdam dr q rō non dn̄atur sensitiuo appetitui taliter q̄n possit esse inobedientia seu rebellio. sicut filius nō sp obedit patri. licet deber obedire. Unde ratio nō dominat appetitui sensitiuo principatu dispotico. Sed pncipatu politico z regali de q̄bus dictum est superius Et hoc de primo libro ethicozum Aristotelis.

Uplici autem virtute existente. hac quidem intellectuali. hac aūt morali. Ea quedam que intellectualis plurimū ex doctrina habet z generatōem et augmentum. Ideo experimento indiget z tempore. Moralis vero ex more fit. vñ et nomen habuit parū declinans a more. Ex quo z manifestū quoniā neq; vna moraliū virtutum natura nobis insit. Nullum em existentium natura aliter assuescit. puta lapis natura deorsum latus nō vtiq; assuescet sursum ferri. Neq; si decies millies assuescat q̄s eū sursum iaciens. neq; ignis deorsuz. neq; aliud aliq̄d eorum que aliter innata sunt. aliter vtiq; assuescz Neq; igit natura. neq; pter naturā insunt virtutes. sed innatis quidem nobis suscipere eas pfectis aūt per assuetudinem.

Circa secūdum librum

Ethicozum Aristotelis queritur primo Utrum virtutes morales insunt nobis a natura Arguit primo q sic. q illud ineſt nobis a natura quod pcedit a naturalibz potētijs. scz virtutes sūt hmōi. g̃. Secōo sic. agēs pfectū pficit opus q̄d incepit. sed natura est agēs pfectū z inchoat virtutes. g̃ pficit eas. z p cōns complete insunt nobis a natura. In oppositum est phs in textu. Pro resp̄sione.

Sciendum primo. q postq̄ phs in primo libro posuit quedam preambula ad virtutem. Cōsequenter incipit determinare de virtutib. Et primo determinat de ipsis virtutibus. z deinde de q̄busdam p̄sequētib. ad virtutē. z hoc in septimo libro. Et determinādo de virtutib. primo determinat de moralibus. secōo de intellectualib. z hoc in sexto. Cuius ordinis rō est. q. virtutes morales sūt nobis magis note. z p eas disponimur ad intellectuales. Determinādo aūt de moralib. primo determinat de eis q̄ pueniūt ipsis in cōi

UVA. BHSC. IyR_098_1

Scō determinat de vnaquaqz virtute morali in speciali. Et hoc in fine tercij libri Sciendū secundo. q̄ virt⁹ intellectualis generatur ꝛ augetur ex doctrina. Cuius ratio est. quia virtus intellectualis ordinatur ad cognitionem que magis acquiritur ex doctrina q̄ ex inuentione. eo q̄ plures possunt virtutem cognoscere addiscendo ab alijs q̄ per se inueniendo. oportet tamē homines multa cognoscere p̄ se inueniendo cum non procedatur in infinitum Et quia omis cognitio nostra ortum habet a sensu ꝛ ex multoties sentire fit experimentū. Ideo cōcludit ph̄s q̄ virtus intellectualis indiget experimēto longi tēporis. Virtus aūt moralis fit ex more ꝛ ꝓsuetudine Cuius rō est. q̄ virtus moralis est in p̄te appetitiua. ꝛ sic importat inclinatōem ad aliquid appetibile. que quidez inclinatio vel est a natura inclinante in id quod est sibi conueniens. vel ex ꝓsuetudine que ꝓsequitur ipam naturaz. Et inde est q̄ nomē virtutis moralis sumit a more. i. cōsuetudine. q̄ habet nomē parū declinās a more Sciēdum tercio. q̄ fuit diuersitas ph̄orum circa naturam formarum corpaliuz. dā quidā dixerūt eā totaliter esse ab extrinseco vt platonici. Alij totaliter ab intrinseco dicētes oīes formas esse in materia ꝑm actū. sed latent nos ꝑter quod dicebant agentia naturalia solum inducere formas de occulto ad esse manifestū. sicut fabri ducunt ferrum in rubiginē. Alij vero posuerunt p̄tim esse ab extrinseco. ꝛ p̄tim ab intrinseco. vt Arestoteles ꝛ sui sequaces. Sic etiam fuit diuersitas in positōe sciarum ꝛ virtutuz. quia quidā dixerunt eas totaliter eē ab intrinseco. ꝛ q̄ p studium ꝛ exercitiū solum remouebant impedimēta impedientia aiam. ne p̄ eas opinar. Ideo dicebāt q̄ nostrū addiscere nō est nisi p̄ reminisci Alij posuerūt totaliter ab extrinseco ꝛ esse q̄dā dona deoz. Alij posuerunt p̄tim ab extrinseco ꝛ p̄tim ab intrinseco. ꝛ hec positio verior est

Sciendum quarto q̄ aliq̄d p̄t esse a natura duplicit Uno mō a natura indiuidui. alio mō a natura spēi. Et sic aliquid esse a natura spēi. q̄d actui cōuenit ꝑm formā cū vnūquodqz sortiat spēm a forma. Et illud est a natura indiuidui quod alicui ꝓuenit p̄ materiā. q̄ quidem materia est p̄ncipium indiuiduatōis. Uerū est tn̄ q̄ ois habitus disponēs ad opatōem. primo est ipsius forme. ꝛ scō corporis. p quātō bona dispositio corpis iuuat animam ad expedite exercēdum suas operatōes. Et adhuc vtroqz mō aliquid p̄t dici a natura dupliciter. Uno mō imperfecte. vt quādo aliquid est in alio vt in potētia ꝛ in virtute. In potentia scz quo ad causalitatem cause materialis. Et in virtute quo ad causalitatem cause efficientis vel formalis. sicut si ponatur inchoatio forme in subiecto. Alio modo ꝑm esse ꝓpletum ꝛ perfectum. vt cū aliquid habet esse in actu ꝛ formaliter

Conclusio prima

Virtus inest nobis a natura tā spēi q̄ indiuidui ꝑm esse imperfectum ꝛ inchoatū. Probar. q̄ nobis inest bona inclinatio naturalis ad bonū. vtputa q̄ nulli est nocēdum. et q̄ bonum est faciendum. Etiā sunt p̄ncipia iuris q̄ nullus ignorat. Sunt tamen quidam homines ꝑm complexionem corporis magis dispositi ad vnum q̄ ad aliud. propter quod sunt aliqui quasi a natura temperati. Alij sunt quasi fortes. alij quasi liberales. ꝛ sic de alijs Sed quia hec principia sunt vniuersalia. et operatio est. circa singularia; necesse est hec principia applicari ad particularia. In qua applicatione est multus error ideo non sufficiunt hec principia ad recte viuendum Sz per studium et exercitium oportet hominem habituari vt recte viuere possit.

Secunda conclusio. virtutes morales et intellectuales non insunt nobis a natura complete et perfecte Probatur rationibus philosophi. Prima est. nihil eorum est a natura que variatur per assuefactionem ꝛ consuetudinem. Sed in his que pertinent ad virtutes consuetudo aliquid facit. ergo virtutes nō insunt nobis a natura ꝑm esse completuz et perfectum. Maiorem probat philosophus per exempla. quia cuz lapis naturaliter feratur deorsum quantumcumqz proiciatur sursum nullo modo assuescit moueri sursum. Et similiter diceretur de igne et omnibus hijs que naturaliter mouentur. Secunda ratio. in omnibus que sunt a natura potentia prior est q̄ operatio quod patet in sensibus. quia ex multoties videre non accipimus visum. sed econtra. dum habemus sensum visus multotiens videre possumus. Sed operationes precedunt habitum virtutis. eo q̄ operando ꝑm virtutem efficimur virtuosi. sicut cytarizando cytharizare ergo virtutes non insunt nobis a natura complete ꝛ perfecte. Tercio probat philosophus per signa. quia legislatores per precepta et penas assuefaciunt ciues ad virtuose operandum. Et legislatores qui hoc non faciunt peccant. Et differt horum ciuilitas. et legislatio a recta legislatione ꝑm differentiam boni et mali

Ad rationes

ante oppositū Prima solutō est ex dictis Ad secundam dicitur q̄ licet quandoqz agens naturale perficiat opus quod incepit. tamen sine virtute nō non oportet de agente per cognitionem. eo q̄ tale agens agit ꝑm q̄ congruit sibi. Et etiam ꝑm q̄ congruit effectui. Modo enim congruum est q̄ homo per intellectuz acquirat scientiam et virtutem et aliquo modo seipsum perficit.

Adhuc quecunqz quidem natura nobis aduenientia potentias horum prius ferimus. Posteriores autem operationes horum redimus. quod in sensibus manifestum. Non enim ex multociens videre: aut ex multociens audire accipimus. sed econuerso habentes vsi sumus non vtentes habuimus. Uirtutes autem accipimus operantes prius quēadmodum et in alijs artibus. que enim oportet discentes facere. hec facientes discimus puta edificantes fiunt edificatores: et cytharisantes cytharisteː Sic autem et iusta quidem operantes iusti efficimur. temperata autem temperati. fortia vero fortes. Testatur autē ꝛ quod fit in ciuitatibus legislatores eē ciues assuefacientes faciunt bonos. et voluntas q̄dez

UVA. BHSC. IyR_098_1

cuiuslibet legislatoris hec est. Quicunq; ve/
ro hec non bene faciunt peccant.et differt bo
rum ciuilitas a ciuilitate.vt bona a mala Ad
huc ex eisdem et per eam. et fit omnis virtus
et corrumpitur.similiter autem et ars. Ex cy/
thharisare enim et boni et mali fiunt cythariste
proportionabiliter autem et edificatores ⁊ re/
liqui omnes. Ex bene quidem edificare boni
erunt edificatores.ex male autem mali Si em̃
non sic haberet nihil vtiq; opus esset docẽte.
sed om̃es vtiq; fierent boni ⁊ mali. Sic vtiq;
et in virtutibus habet. Operãtes em̃ que in cõ
mutatiõibus que sunt ad homines efficimur
hỹ quidem iusti.hỹ autem iniusti. Operantes
aũt que in periculis ⁊ assueti timere vel con/
fidere.hỹ quidem fortes.hỹ aũt timidi. Sil'
aũt ⁊ que circa ꝓcupiscẽtias habẽt ⁊ iras.hỹ q̃
dem em̃ temperati ⁊ mites fiunt.hỹ aũt intem
perati ⁊ iracũdi.hỹ quidẽ ex sic in eis conuersa
ri.hỹ aũt ex sic ⁊ omnino ⁊ vno vtiq; sermone
et similibus operationib⁹ habitus fiunt ꝓpp
ter quod oportet operationes quales reddere
fm̃ harum em̃ differẽtias sequuntur habitus
Non parum igitur differt sic vel sic ex iuue/
ne confestim assuesci.sed multum autem om̃e
Quoniam igitur presens negocium non con/
templationis gratia est quemadmodum alia.
non enim vt sciamus quid est virt⁹ scrutamur
sed vt boni efficiamur.quia nullum vtiq; esset
proficuum eius. Necessarium est scrutari ea q̃
circa operationes qualiter operandum est eas
hec enim sunt domine.et huiusmodi quales
fieri habitus quemadmodũ dictum⁹ Scõm
quidem ergo rectam rationem operari com/
muneet supponatur. dicetur autem et poste/
rius de hoc et quod est ratio recta et qualiter
habet ad alias virtutes. Illud autem precon
fessum sit.quoniam om̃is qui de operabilib⁹

est sermo) typo et non fm̃ certitudinem debet
dici:quemadmodum et in principio dictum⁹
quoniam sermones fm̃ materiam sunt expe/
tendi: Que autem in operationibus et qua cõ
ferentia nihil stans habet: qnemadmodu⁹ ne
q; sana tali autem existente vniuersali sermo/
ne adhuc magis (que de singulis sermo) non
habet certitudinem. neq; enim sub arte neq;
sub ratione aliqua cadit. Oportet autem ip/
sos semper operantes ea que ad tempus in/
tendere quemadmodum et in medicinali ha/
bet in gubernatiua Sed quamuis existen/
te tali presente sermone temptandum auxilia
ri. Primum igitur speculandum quoniam ta
lia innata sunt ab indigentia er superbabun
dantia corrumpi. Oportet enim de manife
stis. manifestis signis et testimoniis vti. quẽ
admodum in fortitudine et sanitate videmus
superbabundantiam enim gignasia et defici
entia corrumpunt fortitudinem. Similiter
autem et potus et cibi. Amplius et minus
effecti corrumpunt sanitatez, que autem com
mensurata sunt faciunt et augent et saluant.
Ita et in temperantia et fortitudine habet et
aliis virtutibus. Qui enim omnia timet et fu
git et nihil sustinet timidus efficitur. et qui
nihil omnino timet. sed ad omnia vadit au/
dax. Similiter autem et qui omni voluntа/
te potitur et neq; ab vna recedit intempera/
tus est: qui autem omnes fugit quemadmo/
dum agrestes insensibilis: Corrumpitur eniz
temperantia et fortitudo a superbabundantia
et defectu.a medietate autem saluatur. Sed
non solum generationes et augmentationes
et corruptiones ex eisdem et ab eisdem fiunt.
sed et operationes in eisdem erunt. Eteniz in
aliis manifestioribus ita habet puta in forti/
tudine. fit em̃ ex multum cibum sumere et mul

UVA. BHSC. IyR_098_1

tos labores sustinere. et maxime potest hoc facere fortis. Ita autē et in virtutibus. Ex recedere eē a voluptatib⁹ efficimur temperati. ⁊ effecti maxīe possum⁹ recedere ab ipsis. Similiter autē et in fortitudine assueti eē cōtemnere terribilia et sustinere ipsa efficimur fortes et effecti fortes maxime poterimus sustinere terribilia

Queritur. Utruz virtus moralis ex operationibus possit generari.

Arguitur primo q non. quia agens inquātū agens non est receptiuū. ergo ex actione agentis in agente nichil generatur. quia idem esset agens ⁊ patiens respectu eiusdem. ergo ⁊c. Secūdo sic. si sic. tūc idem esset in actu ⁊ in potentia respectu eiusdem. qz fm q agit est in actu. et fm q aliquid fit in eo est in potētia. ergo ⁊c. Tercio sic. agens est nobilius passo. sz virtus nobilior est operatio pcedens virtutem. ergo ex tali opatiōe nō generat virt⁹

In oppositum est pbus in textu

Sciendum primo

Q̄ posteaq̄ pbus ostendit q virtutes non insunt nobis a natura. Consequēter ostendit q ex operationib⁹ generantur ipse virtutes. et ex quib⁹ et qualibus operationib⁹ et qūo p operationes generantur. Vnde dicit q eadem sunt principia ex quib⁹ diuersimode captis fit et corrumpitur omnis virtus. Quod probat per simile in artificialibus. quia cythariste cythariſando fiunt cythariste. et bene cythariſando boni cythariste. ⁊ male mali. Et edificando fiunt edificatores. et ex bene edificando boni edificatores. et ex male mali. Ita similiter ex bonis opib⁹ generatur virtus. ex malis autē generantur vitia Ideo cōcludit pbus q ex similib⁹ operib⁹ vniuersaliter fiūt siles habitus. Ex hoc infert pbus q oportet studiū adhibere ad opatiōes quas aliquis facit. quia fm differentiā operum sequūtur differentie habituū. Vltra infert pbus q non parū differt. imo multū iuuenez assuescī bene vel male operari. quia quasi tota vita posterior ex isto dependet

Sciendū scdo q nō ex vnica operatiōe in nobis generat virtus. sicut ex vnica demonstratiōe ex intellectu generat scientia. Cuius rō est. qz intellectus possibilis in q̄ recipit scia semp est in vltima dispōne ad recipiedū sciaz et sic ex vnico actu p̄t in eo generari scia. sed appetit⁹ sensitiuus nō est totaliter dispositus ad virtutez. sed fertur in bonū ꝑtiū qđ obuiat rōni. Ideo ex vnico actu nō omnino determinat a rōne taliter vt promptе obediat rōni ideo ex vnico actu non p̄t generari virtus moralis. q̄ est subiectiue in appetitu sensitiuo

Sciendū tercio q presens negotiū non est gratia contemplationis sicut scientie speculatiue. quia nos non querimus hanc sciam neq̄ quid sit virtus solū vt sciamus. sed vt boni efficiamur. qz parum ꝓficeret cognitio eius sine alio. cum sit circa ꝓtingentia. Ideo necesse est pscrutari circa operationes nostras qualiter sint faciende. eo q ipse sunt differentie virtutis. sic q ex diuersitate illaruz generantur habitus boni vel mali. Ex isto infert philosophus q ad hanc inquisitionem oportet presupponere tā q̄ aliquid ꝯmune q operatio hominis est bona fm q est fm rationem rectam. mala vero qn̄ repugnat rōni rectē Oportet etiam supponere q omnis sermo (qui est de opē ribus nostris. sicut est iste) debet tradi typo. id est figuraliter et exemplariter. quia sermones sunt recipiendi fm materiam subiectā. sicut dictū est pus. modo sermo moraliū in vniuersali est incertus. et adhuc magis est incert⁹ si fiat descensus ad singularia ⁊ in speciali. quia talia nō cadunt sub arte ⁊ scientia. Et non obstante tali icertitudine adhuc pbus aggreditur determinationem de moralib⁹ in vli. vt aliqđ auxilium cōferat hominib⁹ q qđ in suis operib⁹ dirigantur.

Conclusio prima

Operatiōes generatiue virtutis nate sunt corrumpi ex suphabūdantia ⁊ defectu. Patet per simile in virtutib⁹ corporis. quia fortitudo corporalis corrūpitur ex suphabundantib⁹ ⁊ deficientib⁹ gignasijs. id est quibuscdā exercitijs corporalib⁹ quib⁹ aliqui certant adinuicez. Similiter si aliquis nimis sumat de potu ⁊ cibo. vl minus q̄ oportet corrūpitur eius sanitas ⁊ recta mensura. Si aliqs vtatur exercitijs in eo generabitur fortitudo corporalis et sanitas augebit. Et ita ꝓportiōabiliter ꝓtingit de virtutib⁹. qz ille qui oia timet ⁊ fugit efficit timidus. sed qui nihil timet ⁊ ad oia vadit pericula efficitur audax. Et qui potitur qualibet voluptate a natura recedit ⁊ efficit intemperatus. qui omnino vitat (sicut faciūt agrestres) fit insensibilis Ex ista ꝯclusione sequit q virtus similes opationes ꝓducit hijs ex quib⁹ generat. Probat pbus p simile in virtutib⁹ corporalibus. q̄ sunt nobis notiores virtutib⁹ aīe. Nam per multos labores sustinere fit hō fortis. et quando factus est fortis p̄t ista maxime facere. Ita etiā in virtutib⁹ aīe recedendo a voluptatib⁹ fit hō tēperatus. ⁊ ipse factus tēperatus maxime p̄t recedere a voluptatib⁹ ⁊ facere opa temperata.

Conclusio secūda. ex operationib⁹ generatur virtus Patet p simile in artib⁹. qz hoīes cythariſando fiunt cythariste. ⁊ edificando edificatores. ergo iusta operantes fiunt iusti. ⁊ fortia fortes ⁊c.

Ad rationes ante oppositum. Ad primā et secūdam dr q in generatiōe virtutis rō est p̄cipiū actiuū. ⁊ appetitus sensitiuus passiuū. ⁊ est in potentia ad habitū. nec est inconueniens idem esse agens ⁊ patiens in actu ⁊ in potentia fm diuersa. Ad terciam dicitur q licet operatio precedens virtutem nō producat illū habitum virtute ꝓpria. tamen ipsum producit virtute rectitudinis rōnis q̄ eadem rectitudo rōnis pfectior est q̄ virtus.

Signum autem oportet facere habituū su perueniente voluptatem vel tristiciaz operib⁹ Quiquidē eē recedit a corporalib⁹ voluptatibus et hoc ipo gaudet temperatus. qui autem tristat intēperatus. et qui sustinet pericula ⁊ gaudet vel non tristatur fortis. qui aūt tristatur

UVA. BHSC. IyR_098_1

tur timidus. Circa voluptates enim ⁊ tristi/
cias est moralis virtus. Propter voluptatem
q̃dem em̃ mala operamur. propter tristiciam
autem a bonis recedimus. propter qđ oportz
duci qualiter confestim ex iuuenibus vt plato
ait. quare et gaudere ⁊ tristari in quib⁹ oportet
recta em̃ disciplina hec est. Adhuc autẽ si vir
tutes sunt circa actus ⁊ passiones. omni autẽ
passioni ⁊ omni actui seq̃tur delectatio et tri/
sticia. ⁊ propter hoc vtiq; erit virtus circa de
lectationes et tristicias: Demonstrant autem
et pene facte ꝙ hoc medicine em̃ quedam sunt
medicine autem ꝙ contraria innate sunt fieri.
Adhuc sicut prius diximus omnis anime ha
bitus a quibus innatus est fieri deterior ⁊ me
lior. Adhuc ⁊ circa hoc naturam habet. prop
ter voluptates ⁊ tristicias prauí fiunt in perse
quendo has ⁊ fugiendo: vel quas non oportet
vel quando non oportet. vel vt non oportz. vl̃
qualitercunq; aliter a ratione determinatur.
Jdeoq; determinant virtutes impassibilita/
tes quasdam ⁊ quietes. Non bene autẽ quo/
niam simpliciter dicunt. sed vt non oportet. et
qñ non oportet. ⁊ quecũq; alia apponuntur.
Supponit̃ ergo virtus esse talis circa volup
tates et tristicias optimoꝝ operatiua. malicia
autem contrarioꝝ. Fiet autem vtiq; nobis ex
his manifestũ adhuc de eisdem. tribus em̃ exi
stentib⁹ que circa electiones ⁊ trib⁹ que in fugẽ
bono conferente delectabili. ⁊ trib⁹ cõtrarijs
malo nociuo tristi. circa hec q̃dem omnia bo/
nus directiuus est malus autem peccans. ma
xime autem circa delectationẽ cõmunis enim
hec animalib⁹ et omnib⁹ q̃ sunt sub electione
assequũtur. Etem̃ bonum ⁊ conferens delec
tabile q̃dem videt̃. Adhuc aũt ex puero omni
bus nobis cõmittit̃. ppter qđ difficile contere
re hanc passionem ꝓ temperataꝝ vite. Regula

mus autẽ ⁊ operationes. hi quidem magis. hi
autem minus delectatione ⁊ tristicia Propter
hoc ergo necessarium est circa hoc esse omne
negotium. non em̃ parum in operationes be/
ne vel male gaudere et tristari. Adhuc autem
difficilius voluptati pugnare q̃ ire. quemad/
modum ait Eraclitus. circa difficilius autem
semper et ars fit ⁊ virtus Etenim bene melius
in hoc. quare et propter hoc circa delectatio/
nes et tristicias omne negotiuz et virtutis est
politice. qui quidem enim bene his vtitur bo/
nus erit. qui autem male malus Quoniam q̃/
dem ergo est virtus circa delectationes ⁊ tri/
sticias. et quoniã ex quibus fit ab his ⁊ auge/
tur ⁊ corrũpitur non siliter factis. ⁊ quoniã ex
quib⁹ fit circa hec opatur dictũ sit. Queret aũt
vtiq; alq̃s qualiter dicimus. qm̃ optet q̃dem
iusta operantes iustos fieri. temperata aũt tpa
tos. Si em̃ opantur iusta ⁊ tẽperata iã sunt iu
sti ⁊ tẽperati. quẽadmodũ si grãmatica ⁊ musi/
ca grãmatici ⁊ musici. Vel neq; in artibus ita
habet. ꝓtingit em̃ grãmaticũ quid facere et a
casu et alio supposito. Tunc ergo grãmaticus
si grãmaticũ quid faciat et grãmatice. hoc au
tem est fm̃ eam que in ipso grãmaticam. Ad/
huc autẽ neq; simile est in artibus et virtutib⁹
Que enim ab artibus fiunt bene habẽt in cis
Sufficit ergo hoc qualiter habentia fieri. que
aũt fm̃ ꝓtutes fiũt neq; si hec q̃liter habeãt iu
ste vel tẽperate operata sunt. Sed ⁊ si operãs
qualiter habẽs operetur. Primũ q̃dẽ si sciens
deinde si eligens et eligens ꝓpter hoc. tercium
autẽ ⁊ si firme ⁊ imobiliter habeat ⁊ operetur
hec autẽ et alias quidem artes habere non cõ
numerantur p̃ter ipsum scire. at virtutes autẽ
scire q̃dẽ parũ aut nihil prodest. alia autez non
parũ. sed oĩa possunt que ex multotiens opa/
ri iusta ⁊ tẽperata adueniũt. Res quidez igitur

UVA. BHSC. IyR_098_1

iuste et temperate dicuntur quando sunt tales quales vtiq; iustus ⁊ temperatus operabitur. Justus autem ⁊ temperatus est nō q̄ hec operatur. sed ⁊ qui sic operatur vt iusti ⁊ temperati opantur. Bene igit̄ dr qm̄ ex iusta opari iustus fit. ⁊ ex tpantia tpatus. ⁊ ex non operari aūt hec nullus vtiq; neq; curabit fieri bonus Sed multi hec q̄dem non opantur. ad rōem aūt fugiētes existimant philosophari. ⁊ sic fore studiosi ⁊ simile aliq̄d facientes laborantib; qui medicos audiunt studiose. faciunt autem nihil hoz que precepta sūt. quēadmodū neq; illi bene habebunt corpus ita curari. neq; isti animam ita philosophantes.

Querit̄ tercio Vtrum omnis virtus sit circa delectationes et tristicias Arguitur primo q̄ nō. quia delectatio ⁊ tristicia sunt quedam passiones. sed omnis passio impedit vsum rōnis. ergo ⁊c. Scōo sic. iusticia est quedā virtus. et tm̄ non est circa delectationes et tristicias cū sit circa actiones. que sunt ad alterum. ergo ⁊c. Tercio sic. prudentia est circa agibilia: ergo nō est circa delectatiōes et tristicias In oppositū est pb̄us in textu

Sciendum primo

Q̄ postq̄ pb̄s ostendit quales debeant esse opationes ex q̄bus causant virtutes. p̄ter ostendit quid est signū virtutis generate dicens. q̄ signū habituz iam geniti; siue bonoz̄ siue malorū accipitur ex delectatōe vel tristicia que supuenit opationib; q̄ ille qui gaudet recedēdo a voluptatibus est temperatus. qui vero in hoc tristatur est intemperatus: Silr qui sustinet pericula delectabiliter. vel ad minus sine tristicia fortis est. q̄ omnis moralis virtus est circa voluptates et tristicias. nō tanq̄ sicut circa obiectū. q̄rium. q̄ illud est obiectū virtutis moralis. circa qō rō ponit mediū. Quedam em̄ virtutes morales sunt circa opationes sicut circa materiam. vt iusticia. Alie vero circa passiones vt temperantia

Conclusio Omnis virtus moralis est circa delectatiōes et tristicias vt tanq̄ circa obiectum. vel tanq̄z circa aliquid consequens actum virtutis Probatur octo rationibus. quaz̄ prime quatuor sumuntur ex his que ptinent ad virtutem. Alie vero ex parte virtuosi. Prima ratio est. quia propter voluptatem quandoq; mala facimus. et propter tristiciam a bonis recedimus. ergo ad recte agendū circa voluptatem et tristiciā requiritur virtus. Scōa ratio est. virtus moralis est circa actus vel circa passiones. sed ad omnez passionem vel actum sequit̄r delectatio vel tristicia: ergo ⁊c. Tercia ratio est sicut medicine ad sanitatem recuperandam requiruntur q̄dam potiones amare et phibite delectatōes substracte. Jta dant aliq; pene ad recuperandū virtutem p̄ substractiōem aliquarū delectationum vel adeptionē aliquarū tristiciarū. Quarta rō virtus moralis est circa illud quo habitus virtutis natus est fieri deterior vel melior. sed hoc fit p voluptates ⁊ tristicias. q̄ homines sunt praui sequēdo voluptates vel tristicias q̄s nō oportet vel qn̄ nō oportet. ⁊ qn̄cūq; deuiet aliquis a recta rōne Et occasione huius stoyci dixerunt virtutes esse quasdā impassibilitates credētes virtutes auferre oēs passiones. Sed ipsos redargunt pb̄us dicēs q̄ ad virtutē solū ptinet vt excludat passiones inordinatas a rōe. p q̄sto appetitus sensitiuus hominis virtuosi recta rōne regulatus ipsas refugit. Quinta rō est. tria sunt q̄ cadūt sub electiōe humana. scz bonū honestū. delectabile. ⁊ vtile. quib; tria ptrariant. scz vtū. nociuū. et triste. sed circa hec bonus recte se habet. prauus aūt peccat ⁊ p̄cipue circa delectatōem. que est cōior inter p̄dicta q̄z sequit̄ ad alia duo. q̄ cadūt sub electiōe. honestuz em̄ et vtile aliquo mō sunt delectabilia. Sexta rō est. delectatio p̄uenit hoīb; a puericia. vt infantes delectant lacte. ⁊ sic difficile est subiugare passionē hanc q̄. sic inest a principio vite. ergo circa delectatiōem maxime est virtus moralis. cū sit circa difficile. Septima rō est. oēs homines regulant suas opatiōes delectatione ⁊ tristicia in tendendo a delectatiōib; ⁊ abstinendo ab his de quib; tristantur. ergo totū negociū virtutis moralis est circa delectatiōes ⁊ tristicias. Octaua rō est. vt dicit heraclitus. difficilius ē pugnare p̄tra voluptatem q̄z p̄tra irā. cū tm̄ pugnare cōtra iram videat̄ difficillimū. p̄pter impetū eius. sed p̄cupiscentia delectationis p̄munior est ⁊ naturalior ⁊ magis durat. ars aūt ⁊ virtus sunt circa difficillima. nam bene operari in difficilib; repitur. ergo virtus moralis est circa delectationes ⁊ tristicias quib; bene vtens fit bonus. q̄ aūt̄ male fit malus. Circa textum.

Obiicitur. Q̄z sicut est in artib; ita est in virtutib; vt dicit textus. sed i artib; nullus operat̄ opus artis nisi habeat artez. vt nullus facit opa grāmaticalia nisi grāmaticus. ergo silr qui facit opa iusta est iustus. ergo male dictū est q̄ homines iusta operando fiūt iusti. ⁊ temperata tēperati. Hanc obiectionē soluit pb̄us p̄mo negando minorez. nam aliq; p̄t facere opus artis a casu. vt ydeota a casu bene p̄nūciat orōnem p̄gruā. p̄ingit etiā aliq̄s bene facere op⁹ aliq̄ exemplari p̄suppositō. Secūdo soluit negādo maiorem. q̄ nō est silr in artib; ⁊ virtutib; q̄. opa artis in se habēt illud q̄ ptinet ad bene esse artis. scz rōnem. Vnde ars est recta rō rerū a nobis factibiliū. facere aūt est opatio trāsiens in materiā extrinsecā. ⁊ sic factio est p̄fecti ⁊ nō faciētis. ideo in tali operatiōe bonum p̄sistit in re facta. quare ad bonū artis sufficit q̄ illa (que fiūt) bene se habeāt. sed ṗtutes sunt p̄ncipia actionū imanentiū in agente. ⁊ sic st̄z p̄fectiones. ideo bonū illarum actionum p̄sistit in agente Ideo dicit pb̄s q̄ ad hoc q̄ aliqua fiant iuste vel tēperate nō sufficit q̄ opera bene se habeāt. sed req̄ritur q̄ operans recte ⁊ debito mō operetur. Vnde ad hoc q̄ aliq̄s bene operetur fm̄ virtutē tria req̄runtur. Primo q̄ opet̄ sciens. Secūdo q̄ operetur eligens ⁊ nō ex passione. et etiā q̄ non operetur propter aliud q̄z propter opus virtutis. puta propter lucrum ⁊ vanam gloriam. Tercio q̄ firme et constanter operetur. Primum em̄ istorum pertinet ad intellectum. secundum requiritur ex parte virtutis. ⁊ tercium ex parte habitus. sed ad artes non pertinet Nisi p̄

UVA. BHSC. IyR_098_1

mũ scilz scire ad virtutes autem alia duo magis requi/
rũtur scilicz electio et perseuerantia ex quo infert philoso/
phus q non quicunqz operatur iusta est iustus sed soluz
ille qui iusta operatur cum illis tribus circũstanciis im/
mediate predictis.

Ad rationes Ante oppositum Ad primam dicitur q passio
nes non regulate recta ratione impediũt vsum rationis
sed ille (que recta rõne regulantur) non impediũr sed cũ
virtute recipiũtur. Alie autem due rationes bene p/
bant q non omnis virtus moralis est circa delectatio/
nes z tristicias tanqz circa materiam ppriam.

Ost hec autem quid est virtus scrutã
dum. quia igitur q in anima fiunt tria
sunt. passiones. potentie. et habitus
horum vtiqz aliquod erit virtus. Dico autem
passiones quidem concupiscentiam. iram. ti/
morem. audaciam. inuidiam. gaudiuz amici/
ciam. odium. desiderium. zelum. misericordi/
am. vniuersaliter quibus sequitur delectatio
vel tristicia. Potentias autem sm quas passi/
biles horum dicimur. puta sm quas potẽtes
irasci vel tristari vel misereri. Habitus autem
sm quos ad passiones habemus bene vel ma
le. puta ad irasci siquidem vehementer vel re/
misse male habemus si autem medie bene. si/
militer aũt z ad alia. Passiones quidez igitur
non sunt neqz virtutes neqz malicie. quoniam
neqz dicimur sm passiones studiosi vel prauis
sm virtutem autem vel maliciaz dicimur. Et
quoniam sm passiones quidem non lauda/
mur neqz vituperamur. non enim laudatur q
tumet neqz qui irascitur neqz vituperatur q sim
pliciter irascitur. sed qui qualiter. sm virtutes
autem vel malicias laudamur vel vitupera/
mur. Adhuc irascimur quidez et timemus nõ
sponte. virtutes autem electiões quedã vel nõ
sine electione. Adhuc autez sm passiones mo
ueri quidez dicimur. sm virtutes autez vel ma
licias non moueri. sed disponi qualiter. Pro/
pter hec autem neqz potentie sunt. neqz enim
boni dicimur propter posse pati simpliciter. ne
qz mali. neqz laudamur. neqz vituperamur Et
adhuc potentes sumus natura. boni autem
vel mali nõ efficimur natura. diximus autem
de hoc prius. Si igit neqz passiones sunt vir
tutes neqz potẽtie. relinqtur habitus eas esse
Quid qdẽ igit genere est virtus dictum

Querit quarto. Utrum virtutes humane sint passi
nes. potentie vel habitus Arguitur primo q sint pas
siones. quia medium est eiusdem generis cum extremis
sed quedam virtutes sunt media in passionibus. ergo q̃
dam virtutes sunt passiones. Secũdo sic. virtus est
vltimum de potentia. sed vltimum alicuius rei est eius/
dem generis cum re cuius est vltimum. sicut punctus q̃
est vltimuz linee est in genere quãtitatis. ergo virtus est
potentia Tercio sic. solis virtutib9 meremur z nõ ha/
bitibus sed solis actib9. quia dormientes habentes habi
tum nõ merentur. ergo virtutes sunt actus z non habi/
tus In oppositum est phus in textu.

Sciendum primo

Q9 postqz philosophus determinauit de causa virtutis
Consequenter inqrit quid sit virt9. Et primo per viam
diuisionis inuestigat genus virutis. supponens q in ani
ma solum sunt tria principia operandi. scz passio poten/
tia et habitus. ideo cum virtus sit principium operandi
inquirit quod illorum est virtus

Sciẽdum secũdo q passio tripliciter accipitur. Uno
modo ꝓmuniter pro quacũqz receptione alicuius forme
siue aliquid abijciatur siue non. Secũdo modo pro rece
ptione alicuius forme cum abiectiõe alterius. siue forma
sit conueniens siue nõ. Tercio modo proprijssime pro re
ceptione forme et distinctione mentis cum abiectiõe for
me conuenientis. vt cum aqua calefit vel homo infirma
tur. et de istis modis passionis non est ad propositũ. sed
in ꝓposito capitur passio sm q passio dicitur operatio ap
perit9 sensitiui Nota q Eustracius sic diffinit passio
nem de qua est hic ad propositum. Passio est motus ap/
petitus sensitiui in fantasia boni vel mali. hoc est ad pro/
sequendum bonũ z fugiendũ malũ.

Sciendum tercio q appetitus sensitiuus diuiditur
in concupiscibilem z irascibilem. Concupiscibilis respi
cit absolute bonum sensibile quod est delectabile sensui
et malum sibi contrarium. Sed irascibilis respicit bonũ
sub ratione ardui. inquantum bonum delectabile est dif
ficile ad prosequendum. ideo passiones (que respiciunt
bonum vel malum absolute) sunt in concupiscibili. que
respectu boni sunt tres. scilicet amor. qui importat natu
ralitatem appetitus ad bonum amatum. Et delectatio
que importat quietem in bono. Et desiderũ qõ impor/
tat modũ appetitus in bonũ amatum. Et his trib9 con/
trariantur iste tres passiones. scz odium qõ opponit amo
ri. auersio siue fuga desiderio. et tristicia delectationi.
Sed passiones (que respiciunt bonum) sub cuiusdam
ardui ratione pertinent ad irascibilem. z sunt quinqz. scz

UVA. BHSC. IyR_098_1

spes ⁊ desperatio respectu ardui futuri: quod inquantuz bonum causat spem. inquantū vero arduum quod non videtur posse cōsequi causat desperationē. ⁊ he sunt respectu boni futuri. Alie due scz timor ⁊ audacia sunt respectu mali futuri. quod inquantū est malum causat timorē sed inquantū per ipm vitatur maius malū causat audaciam Et respectu boni presentis non ponitur aliqua passio. quia presens non est difficile. sed respectu mali presentis ponitur ira. Et sic patet ꝙ sint vndecim passiones ad quas omnes alie reducuntur Sciendū quarto ꝙ potētie in materia morali dicuntur ꝑm quas dicimur potentes pati. sed passiones predicte. vt passiones irascibilis sunt ꝑm quas possumus irasci. sed habitus in moralibꝫ dicuntur ꝑm quos bene vel male nos habemus ad passiones Habitus em̄ est dispositio determinans potentiā per operationem ad aliud

Conclusio prima

Virtutes non sunt passiones Probatur quatuor rationibus textus Prima est. quia ꝑm virtutes dicimur boni ⁊ ꝑm malicias mali. sed ꝑm passiones absolute consideratas non dicimur boni aut mali. ergo virtutes non dicuntur passiones. Secunda ratio est. ꝑm passiones absolute non laudamur neqꝫ vituperamur. qui em̄ timet vel irascit̄ absolute non laudatur neqꝫ vituperat̄: sed soluz q̄ aliqualiter timet vel irascit̄ ꝑm rōem vel p̄ter rōnem. sed ꝑm virtutes ⁊ malicias laudamur ⁊ vitupamur. ergo ⁊c̄ Tercia rō est. virtutes vel sunt electōes. et hoc quantuz ad actiones interiores. vel non sine electione. ⁊ hoc quantum ad actus exteriores. qꝛ actus exteriores ꝑ virtutem ab actu interiori procedunt. sed passiones anīe nobis adueniunt sine electione: qꝛ interdū precedunt deliberatōez rōnis. q̄ ad electionē requiritur. ergo ⁊c̄. Quarta rō est. passiones aīe sunt motus ꝑm quos dicimur moueri. sed virtutes sunt quedam qualitates ꝑm quas nō dicimur moueri. sed disponi ad hoc ꝙ taliter moueantur

Conclusio secunda. virtutes non sunt potentie Probatur primo: quia nullus dicitur bonus vel malus. nec laudatur vel vituperatur ex hoc ꝙ p̄t pati. sed ꝑm virtutes et malicias dicimur boni vel mali et laudamur vel vituperamur. Secunda ratio potētie insunt nobis a natura. non aūt virtutes ⁊ malicie. vt prius patuit

Conclusio tertia. virtutes sunt habitus. Patet quia cum virtus sit principium quarundam operationū anime et in anima non sunt nisi tria que sunt principia operationū. scilicet passiones potentie et habitus. Et cū virtutes non sint passiones neqꝫ potentie. sequitur ꝙ sunt habitus. Et sic patet quid sit virtus ꝑm suum genus: scilicet ꝙ est habitus.

Ad rationes

Ante oppositum Ad primam dicitur ꝙ virtus est medium in passionibus actiue et nō passiue vel formaliter. quia scilicet reducit passiones ad medium. ideo non sequitur ꝙ sit de passionum genere

Ad secundam dicitur ꝙ ibi capitur virtus pro obiecto potentie. Ideo non sequitur ꝙ virtus sit eadem realiter cum potentia.

Ad terciā dicitur ꝙ vno modo possumus mereri aliquo tanq̄ꝫ actu merendi. ⁊ hoc formaliter. ⁊ sic actibus ⁊ virtutibꝫ meremur Alio mō tāq̄ꝫ p̄ncipio effectio merendi. ⁊ sic actibꝫ meritorijs dicimur mereri. sicut cursu dicimur currere formal̄r ⁊ ꝓtute motia dicimur currere tāq̄ꝫ principio effectiuo currendi. vt etiā aqua dicit̄ calida a calore formaliter. ⁊ ab igne effectiue.

Portet aūt non solum sic dicere quoniam habitus. sed et qualis quidem. Dicendum igitur quoniaz virtus omnis cuius vtiqꝫ fuerit virtus et id bene habēs perficit et opus eius bene reddit. puta oculi virtus et oculum studiosum facit et opus eius. Oculi enim virtute bene videmus. similiter ⁊ equi virtus equum studiosum facit et bonum ad currendum et ferendum ascensorem et expectandum bellatores. Si itaqꝫ hoc in om̄ibus ita habet ⁊ hominis virtus erit itaqꝫ habitus ex quo bonus homo fit et a quo bene opus suum reddit. Qualiter autem hoc erit iam quidem diximus. Adhuc autem et hoc erit manifestuz si speculati fuerimus qualis quidem est natura ipsius. In omnibus itaqꝫ continuo et diuisibili est accipere hoc quidem plus. hoc autem minus. hoc vero equale. et hoc vel secūdum ipsaz rem vel quo ad nos. equale aūt medium quidem superhabūdantie et defectus. Dico vtiqꝫ rei quidem medium quod equaliter distat ab vtroqꝫ extremoruz. quod est vnū et idem omnibus. Ad nos autem quod neqꝫ habūdat neqꝫ deficit. hoc autem neqꝫ vnū neqꝫ idem omnibꝫ. puta si decem multa. duo autem pauca. sex media accipiūtur ꝑm rem. equaliter em̄ excedūt ⁊ excedūtur. hoc aūt medium est ꝑm arismetricā ꝓportiōem. Qd̄ aūt ad nos nō ita sumendū. nō em̄ alicui si decem minas cōmedere multū. duas aūt paucum. magister sex minas precipiet. Est em̄ forte et hoc multum sumenti vel paucum. Miloni quidez em̄ paucū. domiatori aūt gignasiorū multū Similit̄ ⁊ in cursu ⁊ in palestra. ita vtiqꝫ oīs sciēs suꝑhabūdantiaz ⁊ defectū fugit. mediū autem querit ⁊ hoc desiderat. mediū autē non rei. sed

UVA. BHSC. IyR_098_1

quo ad nos. Si vtiq; omnis sciētia sic opus proficit bene ad medium respiciens ꝛ in hoc ducens opera: Unde consuerūt dicere bñ habentibus opationibus. quoniam neq; auferre est neq; apponere. vt superabundantia quidem ꝛ defectu corrumpente. bñ medietate aūt saluante. boni aūt artifices vt diximus ad hec respicientes operantur. Uirtus aūt omni arte certior ꝛ melior est. quemadmodū ꝛ natura medij vtiq; erit coniectatrix Dico autem morale. hec enim est ꝛ circa passiones ꝛ operationes. In his aūt est supabundantia ꝛ defectus et medium. puta ꝛ timere ꝛ audere ꝛ concupiscere ꝛ auerti ꝛ irasci ꝛ misereri. ꝛ vniuersaliter delectari ꝛ tristari est ꝛ magis ꝛ minus ꝛ vtraq; non bñ Quando aūt oportz ꝛ in quibꝰ ꝛ ad quos ꝛ cuius gratia ꝛ vt oportet ꝛ medium et optimū quod est in virtute. Similr aūt ꝛ circa operationes est supabundantia et defectꝰ et medium. Uirtus autem circa passiones et opationes est. In quibus quidē supabundantia vitiosa est et defectus vitupatur. mediū autem laudatur et dirigitur: hec autē ambo virtutis medietas q̄dam ergo est virtus coniectatrix existens medij. Adhuc peccare multis modis quidem ōr. malū enim infiniti vt pictagorici existimauerunt. bonum autem finiti. Dirigere aūt vno modo. ideoq; boc q̄dem facile boc aūt difficile. facile q̄dem nō ꝓtingere signū. difficile autē contingere. ꝛ propter boc malicie q̄dem supabundantia ꝛ defectus virtutis aūt medietas. boni q̄dem enim simpliciter. multifarie aūt mali.

Quæritur Utrum virtus moralis consistat in medio Arguitur primo q; non. quia sunt alique virtutes circa extrema sicut magnanimitas circa extremos honores vel magnificentia circa extremos sumptus. ergo non omis virtus consistit in medio Secdo sic. si virtus cōsisteret in medio tūc tēdendo in extremuz corrūperet. sed aliq; virtutes tendunt in extremū. sicut virginitas q̄ fugit omnē delectationem venereā. ergo rē In oppositū est pbus in textu

Sciendum primo

Qꝛ postq; pbs ostendit quid sit genus virtutis. Cōsequeter manifestat eiꝰ ꝓpriā differētiā. p̄mittēdo tū q; oīs ꝑtus facit illū cuius est bene se habere ad aliud ꝛ opꝰ eiꝰ reddit bonū. Ex quo infert cōis diffinitio virtutis. scilz q; virtus est habitꝰ q̄ habētē pficit et opus eiꝰ bonū reddit. Qd̄ pbat pbus p̄ sile. q; virtus oculi est p quā oculus est bonus ꝛ p quā bene videmꝰ. Similiter ꝑtus eq̄ facit equū bonū. ꝛ etiā opus suū facit bonum. scz velociter currere. suauiter portare ascensorē. ꝛ expectare debellatores. ergo cū ita se habēt in oīb. sequitur q; diffinitio posita est sufficiens.

Sciendū scdo q; in oī indiuisibili ꝓtingit tria accipe. scz plus. qd̄ ptinet ad superabūdantiā. ꝛ minꝰ. qd̄ ptinet ad defectū. ꝛ equale qd̄ est mediū inter ipsa. Sed mediū dupliciter accipi ꝑt. Uno mō fm absolutā q̄titatē rei. puta eq̄liter distat ab vtroq; extremoꝝ. et est idē apud omnes Et tale dicit mediū fm ꝓportionē arismetricā. vt sex accipiūtur media inter decem. q̄ sunt multa. et duo. que sūt pauca. qz sex eq̄liter excedūt duo. ꝛ excedunt̄ a decē. scz in q̄tuor. Alio mō capitur mediū fm ꝓportionem ad nos qd̄ neq; superabūdat neq; deficit a debita ꝓportiōe rōnis et ideo nō est idem apud oēs. et tale ōr mediū fm ꝓportionē geometricā. Exemplū ponit in cibis. si em̄ ꝑmedere decē minas. i. decē mensuras sit multum. ꝛ cōmedere duas sit paucū. nō ꝓper hoc magister (qui debz ordinare de cibo alicuius) debet p̄cipere q; cōmedat sex. q̄ mediat fm mediū rei inter decē ꝛ duo. qz forte sex mine in ꝓparatione ad vnū excedūt. ꝛ in ꝓparatiōe ad aliud deficiunt. Esset em̄ paucū in ꝓparatiōe ad quēdā qui vocat̄ Milo. de quo narrat̄ q; comedebat vnū bouē in vno die. sed hoc essz superabūdans illi q̄ vellet exercitari in gignasijs. id est in illis ludis. vel illi qui vellet currere in stadio. vel qui vellet ludere in palestra. qui erat quidā ludus exercitozius apud grecos. oportebat eū tales modicū sumere cibū vt essent agiliozes.

Conclusio Uirtus ꝓsistit in medio loquendo de medio q̄ ad nos ita q; mediat inter duas malicias. Probat pbs tribus rōnib. Prima est. illud quo fit hō bonꝰ. ꝛ illud quo reddit eius opus bonū ꝓsistit in medio rōnis. qz generatur et ꝓseruat̄ p opatiōes medio mō se habentes fm rōnez et ꝓexcellentes ꝛ deficientes corrūpit. vt ꝑus dictuz est. sed virtus moralis facit hominē bonū ꝛ opus eius bonū reddit. vt patz ex diffinitiōe virtutis. ergo virtus moralis ꝓsistit in medio. Secūda rō est. ois scia opatiua bene pficit suū opus. eo q; fm intentionem respicit ad medium. ꝛ fm executionez suā opa producit in ipsum. Qd̄ declarat pbus p signū. qz homines (dum aliqd̄ opus bene seh̄z) ꝓsueuerūt dicere q; nihil est addendū neq; auferendum. dantes per hoc intelligere q; superabūdantia et defectus corrumpūt bonitatem operis. que saluatur in medio. et ita boni artifices operant respicientes ad medium. sed virtus est melioꝝ ꝛ certioꝝ omi arte. sicut est natura. qz virtus moralis inclinat ad vnū determinate. scz ad bonū. sicut et natura. per artem vero homo potest facere bonū ꝛ malū. ergo cū ars intendat mediū. sequitur a ꝓrtiori q; virtus (que est certioꝝ omni arte) sit ꝓiectatrix medij ꝛ ꝓsistat in medio

UVA. BHSC. IyR_098_1

Aduertendū tamē est. q̄ (vt habet phus) hoc potissime intelligitur de virtute morali que est circa passiones et opatōes. quibus est accipere supabundantiam defectū ⁊ medium. Exemplū est in passionibus. sicut ꝯtingit timere audere ꝯcupiscere aduerti. i. fingere irasci misereri. ⁊ sic de alijs passionibus magis ⁊ minus q̄ oportet q̄rum vtrunq̄ non bene fit. Sed si aliquis timeat vel audeat quando oportet. in q̄bus oportet. ⁊ ad quos oportet. ⁊ cuius gratia. ⁊ eo modo quo oportet. hoc erit medium in passionib⁹. Et in tali medio mō se habēdi circa obiectum ꝯsistit virtus. Silr circa operatōes est supabundantia defectus ⁊ medium. Est em̄ virtus moralis circa passiones ⁊ opatōes sicut circa materiam propriā. in quibus medium laudatur. ⁊ extrema vituperant̄. Et sic virtus moralis in medio consistit ⁊ est coniectatrix medij Tercio probatur ꝯclusio ex ratiōe boni. ⁊ hoc multipliciter cōtingit. q̄ ſm pithagoricos malum (quod includitur in rōne peccati) ad infinitū pertinet. bonum ꝟo ad finitum. Ideo rectitudo opatōis humane vnico modo contingit. peccatū vero infinitis modis. ideo facile est peccare ⁊ difficile bene agere. Quod pz per exemplū de sagittantib⁹. nam facile est deuiare a signo. quia hoc ꝯtingit infinitis modis. sed tāgere signū est difficile. quia non contingit nisi vno modo. s. ꝑ lineam rectā. ⁊ sic supabūdātia ⁊ defectus erāt malicie. mediās aūt virtus. Ideo cōcludit phs q̄ aliqui sunt boni simplr ⁊ vno modo. sz aliq̄ sunt mali multifarie seu multipliciter.

Ad rationes ante oppositum. Ad primam dr q̄ licet aliq̄ virtutes sint circa hoc qd est absolute extremū. tn̄ tales ſm circūstantias mediāt. ⁊ sic illud est mediū suppositis debitis circūstantijs. ꝯtingit em̄ magnos honores appetere plus q̄ oportz qd est supabūdantia. ⁊ min⁹ q̄ oportz qd est defectus. ⁊ vt oportet ⁊ qn̄ qd est mediū. Et silr dicet de magnanimitate. ⁊ ꝑ hoc soluit scda ratio

Est igitur virtus habitus electiuus in medietate existens quo ad nos determinata ratōne ⁊ vt vtiq̄ sapiēs determinabit. Medietas āt duarū maliciarū huius quidē ſm superabūdantiā. huius aūt ſm defectū. Et adhuc huic has quidē deficere. has aūt superabūdare ab eo quod oportet ⁊ in passionib⁹ ⁊ in opatōib⁹ virtutē autē mediū ⁊ inuenire eligere. Propter quod ſm substantiam quidē ⁊ ratōem quid est esse dicentem medietas est virtus ſm optimū autem ⁊ bene extremitas Non autem suscipit omnis operatio neq̄ omnis anime passio medietatē. Quedā em̄ confestim nominata cōuoluta sunt cum malicia. puta gaudium de malo et inuerecūdia et inuidia. ⁊ in operationib⁹ furtum adulteriū homicidium. hec em̄ omnia et que talia dicunt ſm seipsa mala esse. sed non superabundantie ipsorū neq̄ defectus. Non igitur est enim vnq̄ circa hoc dirigere. sz semper peccare. Neq̄ non est bn̄ vel non bn̄ circa talia in eo quod vt oportet ⁊ qūo ⁊ quādo puta adulterari. sed simplr facere quodcunq̄ horum peccatū est. Simile igit attribuenti ⁊ circa iniusta facere ⁊ timere ⁊ incontinentem eē esse medietatē ⁊ superabundantiam ⁊ defectū erit em̄ sic superabundantie ⁊ defectus medietas. ⁊ superabundantie superabundantia: ⁊ defectus defectionis Quēadmodū aūt temperantie ⁊ fortitudinis non est supabundantia ⁊ defectus propter mediū esse aliqualiter extremū. Itaq̄ neq̄ illorū medietas neq̄ supabundantia ⁊ defectus. Sed vt vtiq̄ opatum est viciosum est. vlr ergo neq̄ superabundantie neq̄ defectus medietas est. neq̄ medietatis supabundantia ⁊ defectus

Queritur sexto. vtrum diffinitio virtutis sit sufficiens. in qua dicitur Virtus est habitus electiuus in medietate existens quo ad nos determinata ratione. vt vtiq̄ sapiens determinabit

Arguitur primo q̄ non. q̄ virtus est inueniens medium et operans ipsum. ergo cōuenientius dicet inueniens medietatem q̄ dicitur in medietate. Secūdo sic. virtus est certior omni ratione et arte vt prius patuit. g̃ inconuenienter diffinitur virtus ꝑ rationem. Tercio sic. sapientis est cognoscere altissimas causas circa quas non est virtus. sed est circa agibilia. ergo videtur q̄ medium virtutis magis debet determinari a prudente q̄ a sapiente. et sic male dr hic sapiens. In oppositum est phus in textu Pro responsione.

Sciendum primo q̄ postq̄ phus inuestigauit genus virtutis ⁊ posuit diffinitionem ꝓpriam virtutis in ꝯmuni. hic ꝯn̄r concludit aliā diffinitionē ꝓpriā virtutis Pro cui⁹ intellectu

Sciendū scdo. q̄ virtus est q̄dam medietas inter duos habitus viciosos. quoꝝ vn⁹ est ꝑ supabundantiaz. et alius ꝑ defectū. sicut liberalitas est medietas inter prodigalitatē et auariciā Vn̄ taz in passionib⁹ q̄ in opationib⁹ quedam malicie ꝑ ꝯpationē ad aliq̄d deficiunt. alie vero supabundant ab eo qd oportet Sed ista virtus inquātū sumit qd opz dr medium. et dr inuenire medium ꝑ rationem. ⁊ eligere ꝑ voluntatē Ex quo pz q̄ virtus ē medietas ⁊ q̄ ipsa opatur mediū. est em̄ medietas inter habitus viciosos Ex quo infert Aresto. q̄ virtus ſm suā subam ⁊ rōnem diffinitiuā est duoꝝ viciorum medietas

UVA. BHSC. IyR_098_1

Sed inquantū habet rōem optimi in tali genere ꝛ operantis fm rationē est extremitas. Ad cuius euidentiam Scienduz tercio. q fm sanctū Thomā tota bonitas virtutis moralis dependet ex rectitudine rōis. ī bonuz ꝓuenit virtuti morali fm q sequit rōem rectā. malū vero ꝓuenit vtrīq vicio. inquātum a recta rōe recedit. Et ī fm ratōem boni ꝛ mali ambo extrema vicia sunt in vno extremo. sed virtus est in alio. s. in bono quod attēditur fm rectitudinē rationis. non tamen ex recessu ratione vel ꝓfozmitate rōnis. ꝛ virtus ꝛ operata vicia nō constituunt spēm quam significat diffinitio. quia ratio est extrinseca vicio ꝛ virtuti. mō quod est alicui extrinsecū nō constituit ipm fm spēm. ideo ꝓcludit q phs cōuenienter distinguit q virtus fm spēm ꝛ substantiā est in medio. sed fm rōem bonū est in extremo.

Conclusio. Predicta diffinitio virtutis est sufficiens. Patuit primo q sit habitus. Est quia habitus habet cognosci p propriū actum. ꝛ principaliōz actū virtutis est electio vel fm electionē. ideo ꝓuenienter subiūgitur electiuus. i. fm electōem operatiuus. Et iterū quia actus cognoscitur p sūum obiectū. ꝛ obiectū virtutis siue terminus actōis eius est terminus siue mediū nō rei sed quo ad nos. ideo debite subiungitur (in medietate exīs q ad nos) Est q tota causa bonitatis virtutis est ipsa rō. ideo ad denotanduz bonitatem virtutis subiungitur (determinata ratione) Et quia rō quādoq est recta. ꝛ quādoq erronea. ꝛ mediū virtutis debet terminari per rōem rectam. ī vt hoc denotetur subiungitur (vt vtīq sapiens determinabit) Et accipitur ibi sapiēs non solum p illo qui cognoscit altissimas causas. sed etiam p cognoscente causas humanoz agibilium. qui cōiter prudens dicitur Et vtitur phs illo termino sapiens in vnaquaq arte. nam ille dicitur sapiens q summus est in illa arte

Dubitatur Utrum in omnib operationib ꝛ passionib anime sit reperire medium laudabile Respōdet phs q nō. ꝛ hoc manifestat tam in passionibus q in actionibus. quia q dam sunt passiones ꝛ actiones que in suis noīb important quandā maliciā inuolutā. ergo in talib nō contingit recte agere. quia quod fm se est malum nō pōt bene fieri. Exemplū ponit Aresto. ꝑmo de passionib. vt gaudium de malo ꝛ verecūdia de turpi actu. ꝛ inuidia de bono ꝓximi Exemplū de opatiōib. vt adulteriū furtū ꝛ homicidiū. Hec ei omnia ꝛ silla sunt mala fm se ꝛ solū ex superabundātia ipsoz. sed etiā defectus. ī non contingit circa hoc aliquem recte se habere. sed quandocūq operatur talis cōtingit semper peccare. Ideo dicit phs q in talibus nō contingit bene vti. eo q aliquis faciat aliquod ꝓdictorum. sicut oportet vel quādo ō oportz. Sz qualitercūq opantur hūt aliquid repugnās ad id qō oportet. Secūdo manifestat hoc phs dicēs. q simile est querere in talib mediū ꝛ extrema. sicut si aliqs attribueret malefacere superabundātie. ꝛ defectum circa hoc quod est iuste facere. vt timere vel continētem esse. quod est magnum incōueniēs. quia cum ista important superabundātiam ꝛ defectum. sequeretur q superabundantie esset superabundātia ꝛ etiā defectus. quod implicat contradictōem. Seq retur etiā q superabundātie esset superabundātia. ꝛ defectionis defectus. ꝛ sic esset ꝓcessus in infinitū Tercia ratio est. sicut se habet virtus ad extrema. ita se habent opa vitiosa de se ad mediū. sed in temperantia fortitudine ꝛ in alijs virtutib nō includitur superabundātia ꝛ defect⁹. eo q virtus est aliqliter in extremū. Ergo similiter opatio de se viciosa nō pōt habere medietatē laudabilē

Ad rationes ante oppositum. Ad p maz dicit q virtus fm suam ēntiam ꝛ substantiā est habitus medius inter duo vicia. sed per comparatōem ad rationem est operās ꝛ inueniens medium. ꝛ sic melius dicitur existens in medio q inueniens mediū Ad secūdam dicitur. q virtus diffinitur p rationez tanq per aliquid ꝓius generatōe. posterius tn perfectōe. sicut diffinitur p operatōem ꝓpriam aliquid tanq p aliquid ꝓius pfectione. ꝛ posterius generatōe. Ad terciā patet solutio ex dictis.

Portet aūt hoc non solū vniuersaliter dici. sed ꝛ in his que sunt fm singula aptare In his igitur qui circa operationes sunt sermonibus vniuersales quidem inaniozes fiunt particulares vero veriozes. Circa singularia em opationes oportunū em in his ꝓcordare Sumendū ergo hoc ex descriptione. Circa timores quidem igitur ꝛ audacias fortitudo medietas. superabundantium autem qui in timiditate quidem innominat⁹. Multa aut sunt innominata. qui aūt in audere superabūdat audax qui vero in timere quidez superabundat. in audere autem deficit timidus. Circa delectationes autem ꝛ tristicias non omnes. minus aūt et circa tristicias. medietas quidē tēperātia. superabundantia aūt intēperantia. Deficientes autem circa delectationes nō multū fiunt. propter quod ꝛ isti nomē nō sunt sortiti. sint autem insensibiles. Circa dationem autē pecuniarū et acceptōnem medietas quidē liberalitas. superabundātia autem ꝛ defectus prodigalitas et illiberalitas. contrarie autē et he superabundant ꝛ deficiunt. Prodigus quidē em superabundat in tributione. in acceptione aūt deficit. Illiberalis quidem em in acceptione superabundat. in tributione vero deficit. Hunc quidem igitur typo ꝛ in capitulo dicimus contenti hocipso. posteriꝰ ꝛ aūt certiꝰ de his determiabit. Circa pecunias aūt ꝛ alie dispōes sūt

UVA. BHSC. IyR_098_1

medietas quidez magnificentia. Magnificus em̃ differt a liberali. hic quidem em̃ circa magna. hic autem circa parua. superabundãtia autem epirocalia z banausia. defectus vero parunificentia. Differunt autẽ hec ab his que circa liberalitatem. quomodo autẽ differunt postea dicetur. Circa honorem autẽ z inhonoratione medietas quidẽ magnanimitas. superabundantia autẽ caymotes quedã dicta. defectõ autem pusillanimitas. Sicut autez dicimus habere ad magnificentiã liberalitatem circa pua differentez. Ita habet quedã z ad magnanimitatẽ circa honorẽ existentem magnũ. hec autẽ circa paruũ existẽtẽ. Est em̃ vt oportet appetere honorem. z magis q̃z oportet z minus Dicitur autẽ qui superabundat quidẽ desiderijs philotimus. qui autẽ deficit amphilotimus. medius autẽ innominatus. innoiate aũt et dispositões. Uerũtamẽ philotimi philotimia. vnde contendũt extremi de media regiõe Et nos aũt est quãdo mediũ philotimuz vocamus.. est aũt qñ amphilotimũ. z est qñ laudamus philotimũ. est aũt qñ ãphilotimũ. ppter quã aũt cãm hoc facim9 in his q̃ deinceps dicẽt. z nũc aũt de reliq̃s dicam9 fm enarratũ modũ. Est aũt z circa irã supabundãtia z defectus z medietas. fere aũt innoiatis existentibꝫ ipsis mediũ mansuetũ dicentes. z medietatem mansuetudinẽ vocamus. extremorũ aũt q̃dem supabũdat iracundus sit. malicia aũt iracũdia qui aũt deficit irascibil' quidẽ. defectio aũt irascibilitas. Sũt aũt z alie tres medietates habẽtes quidem quandã silitudinẽ ad inuicẽ. differentes vero ab inuicẽ oñes quidẽ em̃ sunt circa verborũ z operationũ ꝓmunionem. Differt aũt qm̃ hec quidẽ est circa verũ quod est in ipsis. hec aũt circa delectabile. huius aũt hoc q̃ dẽ in lusu. hoc aũt in oĩbus q̃ fm vitã dicẽdum Igitur z de his vt magis cognoscamus quoniam in omnibꝫ medietas est laudanda. extrema autem nec recta nec laudabilia sed vituperabilia sunt. Sunt quidẽ ergo z horum plura innominata. temptandũ autem quemadmodũ z in alijs ipsis nomina fingere manifestatõnis grã z boni quod sequit. Circa verum quidem igitur medius q̃dem verus q̃s. z medietas veritas dicat. Fictio autem que q̃dem ad maius iactantia. z qui habet eam iactator. q̃ autem ad minus yronia z yron: Circa delectabile autem quod q̃dem in ludo medius quidem eutrapelos: z dispositio eutrapelia. superabundantia aũt bomolochia. z q̃ habet eã bomolochos. q̃ aũt deficit agroykos quis: z habitus agroykeia. Circa reliquũ autem delectabile quid in vita. qui q̃dem vt oportet delectabilis est amicꝰ: z medietas amicitia. q̃ autez supabundat siq̃dez nullius grã placidus. si autem vtilitatis alicuius sui blanditor. q̃ autem deficit z in omnibꝫ indelectabilis litigiosus q̃s z discolus. Sunt aũt z in passionibꝫ et in his q̃ circa passiones medietates. Uerecũdia q̃dem enim virtus non est. laudat aũt z verecũdus: z in his eniz hic q̃dem ꝺr medius qui autem supabundat vt cathaplex q̃ oñis verecundat. q̃ autem deficit vel nequaq̃z verecũdatur inuerecundus. medius autem verecũdus. Nemesis autem medietas inuidie z epycharcocharcia. Sunt aũt circa tristiciã z delectatiõe in his q̃ accidunt ꝓmis factas. nemesiticus aũt q̃dem em̃ tristat de indigne bene operantibꝫ. Inuidus aũt superexcedẽs hũc in omnibꝫ tristat. epycharcocharcos autẽ tm̃ deficit a tristando vt z gaudeat. Sz de his q̃dez igit et alꝫs temp9 erit. de iusticia aũt q̃ non simplr ꝺr: post hec diuidẽtes devtraq̃z dicem9 q̃liter medietates sunt. silr ãt z de rõnalibꝫ virtutibꝫ

UVA. BHSC. IyR_098_1

Tribus autem dispositionibus existentibus ducibus quidem malicijs. hac quidem ſm superabundantiam. hac autem ſm defectū. vna autem virtute medietate omnis omnibus opponitur aliqualiter. extreme quidem eī et medie. et ad inuicem contrarie sunt. media autē extremis. Quemadmodum enim equale ad minus quidem maius. ad maius autem minus. Ita medij habitus ad defectus quidem superabundant. ad superabundantiam autem deficiunt et in passionibus. et in operationibꝫ. Fortis enim ad timidum quidem audax videt. ad audacem autem timidus. Similiter autem. et temperatus ad insensibilem quidem intēperatus. ad intēperatum autē insensibilis. Liberalis autem ad illiberatē quidē prodigus. ad prodigum autē illiberalis. Propter quod. et proij/ciunt mediū extremialiter ad alterum. et fortem vocant timidus quidē audacē. audax aūt timidū. et in alijs proportionaliter Sic autē oppositis ad inuicem his maior contrarietas est extremis ad inuicem q̄ ad mediū. longius eī hec distant ab inuicem q̄ a medio. quēadmodum magnū a paruo. et paruū a magno. q̄ ambo ab equali. Adhuc ad medium quidē q̄ busdam extremis similitudo quedaꝫ videtur. vt audacie ad fortitudinē. et prodigalitati ad liberalitatem. Extremis autē ad inuicem plurima dissimilitudo. que autem plurimū distāt ab inuicem contraria determinantur. quare et magis contraria que plurimū distant. Ad medium autem opponitur in his quidē magis defectio. in his autem superabundantia. puta fortitudini quidē non audacia superabundantia existens. sed timiditas defectus existens. tēperantie autem non insensibilitas indigentia existens. sed intēperantia superabundantia existens. Propter autem duas causas hoc ꝓtingit. vna quidē que ex ipsa re. in essendo eī ꝓpinius et similius alteruꝫ extremoꝝ medio nō hoc. sed contrarium opponimus medio magis. puta quia similius esse videtur fortitudini audacia. et ꝓximius. et dissimilius timiditas hanc magis opponimus. Distantia eī plus a medio contraria magis videntur esse. Una quidē igitur causa hec ex ipsa re. alia aūt ex nobisipsis. Ad que eī ipsi magis nati sumus aliqualiter. hec magis contraria medio videntur puta ipsi magis nati sumus ad delectationes ideo facilius mobiles sumus ad intēperantiaꝫ q̄ ad temperantiā. Hec igitur magis contraria dicimus ad que magis augmentū fit. et propter hoc intēperantia superabundantia existēs magis contraria est tēperantie

Querit septimo Vtrū tm̄ sint duodecim virtutes morales. scilicet prudentia. iusticia. fortitudo. temperantia. liberalitas. magnificentia. magnanimitas. philorhimia. mansuetudo. veritas. eutrapelia. et amicicia seu affabilitas. Arguitur primo q̄ sint pauciores q̄ duodecim. Et hoc patꝫ auctoritate Tullij et Senece. qui oēs dictas virtutes ad quatuor reducunt. q̄ solum sunt quatuor. Arguitur secūdo. prudētia nō est virtus moralis. quia est subiectiue in anima rōnali per essentiā. Et confirmatur. quia inter virtutes intellectuales enumerat prudentia. vt habetur in octauo huius. ergo nō sunt duodecim virtutes morales. In oppositum est philosophꝰ in textu. Pro responsione

Sciendum primo Q̄ postq̄ phūs ostendit quid sit virtus in generali. hic consequenter diffinitionem predictam per singulas virtutes in speciali. ostendens q̄ in singulis est bonum et laudabile. extrema vero mala et vituperabilia. Et dicit philosophus hoc esse necessarium. scꝫ aptare diffinitōem virtutis ad singulas virtutes. quia inter sermones illi qui sunt circa operationes vniuersales sunt magis inanes q̄ illi q̄ sunt circa operatiōes particulares. quia particulares sunt veriores Cuius rōem assignat phūs. quia operationes sunt circa singularia. ergo sermones operatiui in vniuersali sunt inanes. Sciendum secundo q̄ distinguendo virtutes ſm quosdā modos generales virtutū omnes possunt reduci ad quatuor sicut loquuntur Tullius et Seneca de virtutibꝫ. tamē conueniētius distinguūtur virtutes ſm subiecta sicut eas distinguit Arestoteles. Et ſm eum quatuor virtutes que sunt iusticia. prudentia. fortitudo et temperantia nō dicuntur principales quia sunt generales. sed q̄ alie virtutes reducunt ad ipsas sicut spēs ad genera. et ideo dicuntur cardinales.

UVA. BHSC. IyR_098_1

Sciēndū tercio q̄ prudētia accipitur dupliciter. vno modo fm̄ suam essentiam. z sic est virtus intellectualis perficiens intellectum. Alio modo fm̄ materiam suam. et sic est virtus moralis. quia est circa agibilia que cadūt sub arte. Et iō phs nō facit mētionē de iusticia z prudē tia. De iusticia quidem. quia habet diuersas species in q̄ bus nō simpliciter accipitur medium. sed de ipsa dicetur in quinto huius. De prudentia etiā nō agit hic. quia nō est simpliciter moralis. sed de ipsa dicetur in sexto huius igitur phs in presenti passu agit de reperantia z fortitudi/ ne que sunt principales. z de quibusdaz aliis virtutibus

Sciendu quarto. q̄ omes alie virtutes sunt circa ali quas passiones anime. que quidē passiones respiciūt ali/ quod subiectum quod pertinet ad vitam corporalem hō minis vel ad bona exteriora vel ad humanos actus. Si obiecta pineant ad corpalem vitam. sic sumūtur due vir tutes. s. fortitudo z temperātia. Fortitudo scz circa pici/ la interīmētia virtutem. z medietas vocatur fortitudo. su perabundātia vero audacia. sed defectus vocaf timidi/ tas Temperātia vero respicit ea que sunt vtilia ad con/ seruādum vitā. sicut cibus potus z venena. z superabun/ dantia in talib̄ vocatur intēperantia. sed defectus est in/ noiatus. quia in paucis repitur. eo q̄ homines naturaliter appetūt talia. Phs aūt vocat eos insensibiles. Si sit cir/ ca passiōes aīe quoz obiecta sunt bona exteriora hoc est dupliciter. aut ergo est circa ꝯcupiscētias exteriorū bonorum aut circa exteriora mala. Si primū hoc est dupliciter. aut cir ca exteriora bona que sunt diuitie. aut circa exteriora bo na que sunt honores Si primū hoc est dupliciter. aut cir ca mediocres diuitias. z sic medietas vocaf liberalitas q̄ est medietas circa datiōem z acceptiōem pecuniarū Pro digalitas est superabundantia. z illiberalitas est defectus Si sit circa magnas diuitias sic magnificētia est media tas. apirocalia vero est superabundātia. Et dr ab a quod est sine z piros qđ est experientia. z calos qđ est bonū. qsi sine experientia boni. q̄ tales multa exponetes nō curāt qualiter exponant. Vel dicitur bannausia a bānos qđ est fornax. q̄ tales ad instar fornacis oīa cōsumūt. Defectus vero vocatur pusificentia. Si vero respiciat hono res. hoc est dupliciter. aut ergo magnos aut mediocres. Si magnos sic medietas vocaf magnanimitas. superabūdā tia vero caumotes. a cauma qđ est incendium. eo q̄ sup abundans in talib̄ ardet in his que pertinēt ad appetitū honoris ardēter appetendo honores. Defectus aūt vo catur pusillanimitas. Si vero sit circa mediocres hono/ res. sic superabundans in desiderio honoris vocatur phi lotimus. i. amator honoris. Ille vero qui deficit in appe/ titu honoris vocaf aphilotimi. i. sine amore vel appeti/ tu honoris Ille vero qui medio modo se habet est innoia tus. possumus tamē fingere nomē. z vocatur mediī phi lothimii Et medietatē vocamus philothimam a nomi ne extremi. q̄ vero medium est innominatū. ideo illi qui sunt in extremis ꝓtendunt de medio. quia scz vterq̄ di/ cit se esse in medio. z ita est fere in oīb̄ aliis vicijs. q̄ sci licet vtrunq̄ extremorum putat se esse in medio. z pu/ tat virtuosum esse in altero extremo. sicut timidus repu tat fortē esse audacē. audax vero reputat fortem esse timi dum Si vero virtus respiciat exteriora mala ex q̄bus hō prouocaf ad iram. sic medietas est māsuetudo. superab undantia vero iracūdia. z defectus irascibilitas. Si ꝯo virtus respiciat humanos actus. sic sūt alie tres medieta tes q̄ cōueniūt in hoc q̄ sunt circa vera z opa q̄b̄ homes ad inuicē cōmunicāt. sed dr̄ ꝯtum ad hoc q̄ vna est cir ca veritatem q̄ est in dictis vel factis hoīm. et hec dr ve ritas Sed fixio falsi scz qñ aliquis fingit maiora de se q̄ scit vocatur iactantia. defectus vero yronia quasi irrisio. et talis fictor seu irrisor dr Alie due sunt circa delectati onem verboz z operū. quibus homines adinuicem cō/ municant. quarū vna est circa delectatiōem eozū q̄ sunt vel fiunt in ludo. z hec vocatur eutrapelia ab eu quod est bonū. z trapello as are qđ idem est quod verto is ere. q̄/ si bonū vertens in ludo. Qui vero habūdat in talib̄ vo catur bomolchus. a bomos qđ est altare. olchos raptor. q̄ sicut milui volabāt ad aras ydoloz in q̄b̄ aīalia im/ molabanf vt aliquid inde raperent ita ille qui excedit in ludo sp instat ad hoc q̄ rapiat aliquid. vl factū in ludos querat. qui aūt deficit in talib̄ vocatur agroicus. i. agre/ stis. Tercia medietas est circa ea que pinent ad cōmu/ nem vitā. que dr amicicia. Et ille qui in talibus medio mō se hz vocatur amicus. nō ab effectu amandi. sz a de/ centi cōuersatione. potest etiā vocari affabilis. Ille vero qui supabundat et facit solū causa ludendi vocatur pla cidus. Sed si faciat causa alicuius vtilitatis puta pter lucrum vocatur blanditor seu adulator. qui aūt in h̄ defi cit vocatur vertigiosus et discolus

Conclusio Tīn sunt duodecim virtutes mozales cōprehēdo iusticiā et prudentiam sub illo numero. Probatur p̄ sufficientiā quia omnis virtus mozalis est in ratione aut appetitu. Si in ratione sic est prudentia Si in appetitu hoc est du pliciter. aut circa passiones aut circa operationes. Si se/ cundum sic est iusticia Si primuz hoc est dupliciter. aut tales passiones ordinantur ad res exteriores. aut ad ac/ tus humanos. Si primum. hoc est dupliciter. aut tales res exteriores directe respiciunt vitam hominis aut non Si primum. hoc est dupliciter. aut sunt circa cōseruātes vitam aut non Si scdm sic est fortitudo. si primuz sic est temperantia. Si vero non directe respiciant vitam ho/ minis hoc est dupliciter. aut sunt respectu boni aut mali Si secundū sic est mansuetudo Si primū hoc est dupli/ citer. aut sunt diuitie aut honores. Si sunt diuitie hoc est dupliciter. aut sunt magne aut mediocres. Si primū sic est magnificentia. si secundū sic est liberalitas Si sunt cir ca honores hoc est dupliciter. aut sunt magni aut medi/ ocres. Si primū sic est magnanimitas. si secunduz sic est philothimia. Si circa actus humanos hoc est duplici/ ter. aut circa veritatem ipsoz tam in dictis q̄ in fac/ tis. et sic est veritas. Aut circa delectationem ipsoz et hoc dupliciter. quia vel est in iocis vel in seriosis Si pri/ mum sic est eutrapelia. si secundum sic est amicicia seu af fabilitas. Ex predictis patet q̄ sunt duodecim virtu/ tes mozales z non plures neq̄ pauciores. Rationes ante oppositum soluuntur ex dictis.

Quoniā quidem igitur est virtus moza/ lis medietas. z qualiter z qm̄ est medie/ tas duaz maliciaz. huius quidem fm̄ superabundantiā. huius aūt fm̄ defectū. z qm̄ talis est q̄ cōiectatrix mediī est qđ est in passionib̄ et operationib̄ sufficiēter dcm̄ est Jō et difficile

UVA. BHSC. IyR_098_1

est studiosum esse. In vnoquoq; em̃ medio accipere difficile. puta circuli medium non cuiuslibet. sed scientis. Sic autem et irasci cuiuslibet quidem et facile. et dare argentum ⁊ consumere. cui autē ⁊ quantū ⁊ quādo ⁊ cuius gratia ⁊ qualiter non adhuc cuiuslibet. neq; facile quod est bene et rarum ⁊ laudabile et bonum Propter quod oportet coniectantē mediū p̄mū quidē recedere a magis contrario. quēad modū ⁊ Calipso mouebat. hoc extra fumuz q̄dem et vndā custodi nauē. Extremoz̄ enim hoc quidē est peccatuz magis. hoc autē min9 quia igitur mediū attingere summe difficile. ꝑm secundā aiunt nauigationē minima sumendū malorum. hoc autem erit maxime hoc modo quo dicimus. Intendere autē oportet ⁊ ad que et ipsi facile mobiles sum9. alij em̃ ad alia aptati sumus. hoc autē erit notū ex delectatione et tristicia facta circa nos. In contrariū autem attrahere nosipsos oportet. multū em̃ abducentes a peccato in mediū veniemus. quod tortuosa lignoz̄ dirigentes faciunt. In omni autē maxime obseruandū delectabile ⁊ delectationē. Non em̃ non accipientes iudicamus eam. Quod igitur plebis senes patiebātur ad helenam. hoc oportet pati et nos ad delectationē. et in omnibus illoz̄ dicere vocem. Sic igitur abūcientes ipsam minus peccabimus hoc igitur facientes vt in capitulo dicam9 maxime poterimus mediū adipisci. Difficile autem forsitan hoc ⁊ maxime in singularibus nō em̃ facile determinare q̄liter ⁊ quib9 ⁊ in q̄lib9 et quantū tēpus determinandum. Etem̃ nos quādoq; quidē deficiētes laudam9 ⁊ mansuetos dicimus. q̄q; aūt grauantes viriles vocamus. Sed qui quidē parum et bene transgredit nō vituperat. neq; ad maius neq; ad min9 sed qui plus Iste em̃ nō latet. hic aūt vsq; quo et inquantū vituperabilis. non facile ꝑmone determinare. Neq; em̃ aliud aliq̄d sensibiliuz talia autē in singularibus ⁊ in sensu iudicium. Hoc quidez igitur tantū ostendit q̄m melius habitus in omnib9 laudabilis. Declinare aūt oportz q̄nq; quidē ad supabundantiaz. quando q; aūt ad defectū: Fit enim facile medium et quod bene adipiscemur.

Queritur octauo. Utrum extrema vicia plus contrarientur ad inuicem q̄ virtutes Arguit̄ ꝓmo contra suppositū. q2 contrarietas est inter ea que maxime distāt: sed virtutū ad extremā nō est maxima distātia cū sit maior inter extrema. ergo extrema vicia nō cōtrariant̄ ad inuicē. Scdo sic: si sic seḡret̄ q; vni plura ꝓtrariarent̄. ꝑns est falsum. igit̄ cē.

Tercio arguitur ꝓtra q̄situ. q2 vicia opponūtur virtuti tam ꝑm genus q̄ ꝑm spēm cū ambo vicia sint de genere mali. ⁊ virtus de genere boni: Sed vicia nō opponunt̄ ad inuicem nisi ꝑm spēm cū sint eiusdē generis scz mali. ergo plus opponunt̄ virtuti q̄ adinuicē. In oppositū est ꝓbus in textu. Qro responsione

Sciendum Q; postq; ꝓbus applicauit diffinitionē virtutis ad spēales virtutes. ꝑnter determinat de oppositione virtutum et viciorum. vnde dt̄ virtus et viciū pñt dupl'r considerari. Uno mō ꝑm rōnem bonitatis ⁊ malicie que eis ꝙuenit ex cōformitate ad rōnem rectā a qua non sortiuntur formam nec spēm. vt dictū est. Alio modo ꝑm ꝓpriā spēm et substantiam eorum vt scz sunt habitus quidā accipientes spēm et naturam ab obiectis.

Conclusio prima

Loquēdo de virtute ⁊ vicijs ꝑm rōnem bonitatis ⁊ malicie vicia plus opponūtur virtuti q̄ ad inuicē. Cōclusio satis patet ꝙ vltimā rōem ante oppositum. ꝓbus em̃ nō cōsiderauit virtutem ⁊ viciū hoc mō. sed ꝑm q; sunt quidā habitus ⁊ ꝑm subam eor. Cōclusio scda. extrema vicia ꝓtrariant̄ ad inuicē ⁊ etiā medio ꝑm id qđ sunt siue ꝑm suā subam. Prima ptem nō probat. Aresto. q2 satis manifesta est. ex eo q; extrema maxime distāt sicut arguitur ante oppositū. Et huius opōnis radix ⁊ fundamentum est priuatiua oppō sicut et cuiuslibet ꝓtrarietas eo q; viciū priuatiue se hz ad rectitudinē rōis quā includit virtus in sua rōne. Sed pro ꝓbatione secūde ptis considerandū est q; cū medium ꝓticipet aliqualiter vtrūq; extremū. inquantū ꝓticipat vnū extremum ꝓtrariatur alteri sicut eq̄le quod est mediū inter magnū ⁊ puū in ꝓpatione ad paruū et magnū. ⁊ iō eq̄le opponit̄ magno ꝑm rōnem pui. et quo ꝑm rōnem magni. Cū igitur virtus mediet inter duo extrema vicia. ipsa ꝓpata vni habet rōnem alterius. q̄ vtriq; illoz̄ cōtrariabitur: vt fortis in ꝓpatione ad timidū dr̄ audax. et in ꝓpatione ad audacē dr̄ timidus. Et ita de ꝓpantia liberalitate cē. Ex quo infert ꝓbus q; extrema ꝓticiunt mediū alterū ad alterū. vt timidus fortem vocat audacem. audax vero vocat fortem timidū

Oclusio tercia Accipiēdo virtutem ⁊ vicia ꝑm eorum speciē et substantiā maior est oppositio viciorum ad

UVA. BHSC. IyR_098_1

inuicē ꝯ ad virtutē ꝑ duab⁹ rōnib⁹ textus. ꝓma est ꝯto aliqua magis distant tanto plus ꝓtrianť. sed extrema plus distāt ab inuicē ꝯ a medio ſm eoꝝ ſubstantiā. Secūda rō virtutis ad vnū extremū est aliqua ſilitudo sicut inter fortitudinē ⁊ audaciā ⁊ inter liberalitatē ⁊ ꝑdigalitatem. sed inter duo vicia est oīmoda dissilitudo. ergo plus ꝓtriātur vicia ad inuicē ꝯ ad mediū Conclusio quarta licet virtus vtrīq extremoꝝ ꝓtrarietur plus tñ ꝓtriatur vni ꝯ alteri. ꝓma ps iā patuit Et ſcōa ꝑbatur rōne ſupra tacta ex ꝑte rei. qz virtus maiorē habet ſimilitudinē cū vno extremo ꝯ cū alio sicut dictū est igit ⁊c. Scōa rō sumitur ex ꝑte materie et ꝓcedit sic. Quia cū ad virtutē ꝑtineat repellere vicia. intentio virtutis ē magis illa vicia repellere ad q̄ habemus maiorē inclinatiōez sed maiorē habemus inclinationē ad vnū ꝯ ad aliud. ergo illa vicia ad que magis inclinamur sunt magis ꝓtraria virtuti. Exemplū est vt magis nati sumus ad ꝓsequendū delectationes ꝯ ad fugiendū eas et sic illa vicia sunt magis cōtraria virtuti que magis nata sunt crescere in nobis. in aliq̄bus plus virtus plus cōtrariatur superabundantie ꝯ defectui ⁊ in aliq̄bus ꝓtrariū reperitur Et si q̄ratur q̄o hoc poterimus scire rñdetur q rō h̄ui⁹ accipi debet a natura passionum. in passionibus que ꝑtinet ad prosecutionem appetitus viciū qđ est in defectib⁹ minus ꝓtrariatur virtuti ꝯ vicium qđ est superabundantia. sed in passionib⁹ q̄ retrahūt ab eo qđ est ſm rōem sicut timor viciū qđ est in defectu plus ꝓtrariať virtuti ꝯ viciū qđ est superabundātia sicut patet circa fortitudinem

Dubitať q̄et quot sunt documēta ab Aresto. tradita ad inuestigandū mediū virtutis Rñdetur q sunt tria Primū sumiť ex natura rei ⁊ est tale. q qz accipe mediuz virtutis est difficile ꝑpter hoc oportet eum q̄ tendit ad medium ꝓuenire ꝓncipaliter ad hoc intēdere vt recedat ab extremo quod magis cōtrariatur virtuti Et si aliq̄s velit esse fortis debet adh̄ibere studiū vt a timiditate recedat. Rōem documēti assignat ꝑbus qz extremū magis cōtrariū virtuti magis maius pctm̄ ⁊ extremū virtuti simplicius est min⁹ pctm̄. Et iō qz attingere mediū est difficile oportet hoiem volentē ad ꝫmōi mediū ꝓuenire maxime vitare vicia virtuti magis cōtraria Scōm documentum est et sumitur ex ꝑte materie q oportet illuz q̄ vult fieri virtuosus recedere ab eo cui naturaliter est inclinatꝰ Lō uertendo se in alterā ꝑtem Ponit exēplū Aristotiles de illis q̄ dirigunt lingua tortuosa nā torquent eā in oppositam ꝑtem. Et tandē ea redigūt ad mediū. scz ad rectitudinē Tertiū documentū qđ sumitur ſm id qđ est cōe oibus et est tale q tendens ad virtutē maxime debet cauere a delectationib⁹. eo q hoīes naturaliter ad delectationem inclinātur. Et ex istis patet q attingere mediū ē difficile. qz ḡ sic est difficile inuenire mediū seqtur q ille q̄ parum transgredit recedendo a medio virtutis nō vituperatur siue excedat superabundādo. qz modicus recessus a medio virtutis latet ꝑpter difficultatē medij. sed ille q̄ multum excedit vituparatur. qz tunc recessus non latet. Sed si q̄ratur q̄lis ⁊ ꝯtus recessus a medio virtutis vituperať Rñdet Aresto. q hoc nō ꝑt de facili termīari. Rō est. qa sicut sensibilia q̄ sensu cognoscūtur nō ꝑnt faciliter ꝑ rationem determinari. ita nec ea q̄ ꝑtinent ad opationes virtutū in ſupioribus circūſtantijs faciliter determinari ꝑnt nam iudicium singularium ad sensum ꝑtinet Rationes ante oppositum soluuntur ex dictis. Et in hoc finitur secundus liber ethicorum.

Jrtute itaq; et circa passiones ⁊ opatiōes existēte ⁊ in volūtarijs q̄dē laudib⁹ ⁊ vitupijs factis Jn volūtarijs aūt venia q̄nq; aut ⁊ misericordia volūtariū ⁊ inuolūtariū necessariū forsitan determiare de ꝑtute intēdētib⁹. Utile aūt ⁊ legislatorib⁹ ⁊ ad honores ⁊ penas Videnť aūt inuolūtaria esse. q violēta vel ꝑpter ignorātiā facta. Violētū aūt est cuius ꝓncipiū extra tale existēs. in q̄ nil ꝓfert operās vel patiēs puta si spūs tulerit alicubi vel hoīs dñi exītes Quecūq; aūt ꝑpter timorē maioꝝ maloꝝ opata sunt. vel ꝑpter bonū aliq̄d. puta si tirānꝰ ꝑcipiat turpe aliq̄d opari dīs exīs parētū ⁊ filioꝝ. ⁊ opante q̄dē saluāť. nō opante aūt morianť. dubitatōem h̄z vtrū volūtaria sunt vel inuolūtaria. Tale aūt aliq̄d accidit ⁊ circa eas q̄ in tēpestatib⁹ eiectōes. Simplr̄ q̄dem nullus eligeret volūtariꝰ. in salute ām sui ⁊ alioꝝ omniū intellectū hāntes. Mixte q̄dē igitur sunt tales opatiōes Assimilanť aūt magis voluntarijs. volūtarie eīm sunt tūc cū opate sunt. finis aūt operatiōis ſm tēpus est. Et volūtariū aūt ⁊ inuolūtariū q̄n opať. Dicendū opať aūt volens et eīm ꝓncipiū mouendi organicas ptes in talib⁹ opatiōib⁹ in ipso est. quoꝝ aūt in ipso ꝓncipiū in ipso ⁊ operari ⁊ nō volūtaria. ita q; talia simpliciter aūt forsitan inuoluntaria. Nullus eīm vtiq; eligeret ſm seipsum taliū aliq̄d. Jn opationib⁹ aūt talib⁹ q̄nq; ⁊ laudāt̄ q̄n turpe aliquod vel triste sustinent ꝑ magnis ⁊ bonis. cū aūt ecōuerso vituperanť turpissima eīm suffere ꝑ nullo bono vel modico prauī Jn aliquib⁹ aūt laus quidem nō fit venia aūt q̄n ꝑpter hec opať aliq̄s. que nō oportet q̄ humanaz naturā excedūt ⁊ nullus vtiq; sustineret. Quedaz aūt fortassis non est cogi sed magis moriendum patientem durissima. Etenim euripedis alec/

UVA. BHSC. IyR_098_1

meona derisoria videnť cogẽtia matrẽ occide re Est aũt difficile qñq; Judicare quale p̃ q̃li eligendũ. ꝛ quid p̃ quo sustinendũ. Adhuc ãt difficilius immorari cognitis vt eñ̃ in multũ est que q̃dem expectanť tristicia. q̃ aũt cogunť turpia. vñ laudes ꝛ vituperia fiunt circa coac/tos vel nõ. Qualia vtiq; dicendũ violenta vel simplr q̃dem qñ cã in his que exterius est. et q̃ operať nihil ꝓfert. que aũt fm seipsa q̃dem ĩuo lũtaria sunt. nũc aũt ꝛ p̃ his volũtaria. magis aũt assimulanť volũtarijs. opatões eñ in sin gularib; hec aũt volũtaria q̃lia aũt p̃ q̃lib; eli/gendũ non facile tradere. multe eñ differentie sunt in singularib;. Si q̃s aũt dona ꝛ delecta bilia dicat violẽta eẽ. cogunt eñ exterius exñ/tia. oĩa vtiq; sic erũt violenta. hoc eñ grã oẽs omnia operanť. Et q̃ q̃dem vi ꝛ nolentes cuz tristicia: qui autem ꝓpter bonũ cum delecta tione: Ridiculũ aũt causari que exterius sz nõ ipsum bene venabilem existentẽ a talibus. Et bonoꝝ quidẽ seipsum turpiũ autem delectabi lia. Videť vtiq; violentũ esse cuius p̃ncipiuz extrinsecus nihil conferente vim passo.

Circa tertium librum

ethicorũ Aresto. Querit primo vtrũ violentia causet ĩuoluntariũ Arguitur p̃mo q̃ non. q̃ voluntarium ꝛ ĩuoluntariũ dicunť in ordine ad voluntatem. sed volun tas non p̃t fieri violenta cũ sit libera. g̃ violentia non cau sat ĩuoluntariũ Scõo arguitur illa q̃ fiunt a principio extrinseco sunt violẽta. sed oĩa talia non sunt voluntaria cum volũtas moueať ab obiecto extrinseco Tercio il/lud nõ est ĩuoluntariũ quod fit a volũtate. Sed multa violenta fiunt a voluntate. sicut homo flectere p̃t aliq̃ membrum contra naturalem eius inclinationem.

In oppositũ est phs in textu. Pro rñsione.

Sciendum primo

Q̃ postq̃ phs determinauit de virtute in communi in secundo libro Consequẽter in hoc tercio determinat de quibusd ã principijs actuũ voluntatis. scz de voluntario et ĩuoluntario. Et q̃ dicitur q̃ de ipsis hic sit determi nandum. quod pbat dupl'r Primo q̃ laus ꝛ vituperiũ virtuti ꝛ vicio debenť. Sed rationes laudis ꝛ vituperij varianť fm voluntariũ ꝛ ĩuoluntariũ. g̃ determinantez de virtute oportet de istis determinare Secundum pro/bat. nam opationibus volũtarijs si bone sint debeť laus si praue vituperium. Sed ĩuoluntarijs si sunt bone vel male non debetur laus vel vituperiũ. sed magis venia Scõo de illo est magis hic determinãdũ q̃ oz cognosci a legislatore. cũ iste liber ordineť ad politicã. sed cognitio volũtarij ꝛ ĩuoluntarij necessaria est legislatori. ergo ꝛc. Dino p̃z q̃ legislator hz statuere honores tene opan/tibus si hec faciant volũtarie. penas vero male facientib;. si ĩuolũtarie nõ merenť honores vel penas

Sciendũ scõo. q̃ hic p̃mo agit de ĩuolũtario. q̃ sim/plicius est q̃z volũtariũ. eo q̃ a simplici causa ꝓcedit. puta ex sola ignorantia vel ex sola violentia. Sed ad volũtari um oportet plura ꝓcurrere. ꝛ ideo volũtariũ ꝛ ĩuolũta/rium nõ ꝓuenit ꝑ tutis.

Conclusio prima

Duplex est ĩuolũtariũ. scz p̃ violentiã ꝛ p̃ ignorãtiã Patz q̃ ĩuolũtariũ est ꝑuatio volũtarij. sed volũtariuz ĩportat motũ volũtatis q̃ ꝑsupponit cognitiõez appre/hensiue virtutis. q̃ bonũ apprehesum mouet volũtatem Ideo oz dupl'r ĩuolũtariuz. Vno mõ p̃ hoc q̃ excludiť motus appetitiue virtutis. ꝛ hoc est ĩuolũtariũ p̃ violẽ/tiam. Alio mõ excludiť virtus apprehensiua. et hoc est in uolũtarium p̃ ignorantiam.

Conclusio responsiua ad q̃situ. violẽtia capit ĩuolũ/tariũ. Patz q̃ violentũ est cuiꝰ p̃ncipiũ est extra. passo nõ ꝓferẽte vim ad talẽ motũ. vt si ventꝰ intulerit vel iportu uerit hoiem ad aliquẽ locuz ꝓtra volũtatem eiꝰ. motus violẽtia (cũ sit ꝓtra volũtatẽ causat ĩuolũtariũ. igit ꝛc.

Dubitatur primo

Vtrũ facta ꝓpter metũ sint volũtaria. vt si aliq̃s operet ꝓpter timorẽ alioꝝ maloꝝ. Puta si aliquis tyrãnus p̃ci/piat p̃i q̃ circa filios suos aliq̃d turpe opetur. vputa q̃ filios occidat. si opet illud turpe ex timore dubiũ est vtꝝ faciat volũtarie vel ĩuolũtarie. Aliud exemplũ dat phs de illis q̃ proiciũt suas res in mari. Rñdet phs q̃ tales res sunt mixte ex volũtario ꝛ ĩuolũtario. magis tñ dicẽ/de sunt volũtarie q̃z ĩuolũtarie Probať q̃ vnũq̃q; ma gis dicendũ est tale q̃le est dũ actu opať q̃z q̃ soluz est in potentia vel in apprehensione. sed iste opatiões ꝯsidera/te sub oĩb; circũstãcijs simul q̃ actu opanť sunt volũta rie. g̃ magis debẽt dici volũtarie q̃z ĩuolũtarie. Itẽ prin/cipiũ mouẽdi ad hmõi opatiões est in ipso hoie. scz p̃nci/piũ applicãdi mẽbra ad sic operandum. g̃ sunt volũtarie Item laus ꝛ vituperiũ debenť talib; opatiõib;. ꝛ tñ nõ de tentur nisi volũtarijs opatiõib;. g̃ ꝛc

Dubitať scõo vtrũ ꝓpiscentia causet ĩuolũtariuz Rñdeť q̃ nõ. imo auget volũtariũ. Probať dupl'r rõnib; phi. Prima est. si bona delectabilia faciẽdo ꝓpiscẽtiaz causarent ĩuolũtariũ. q̃si cogendo hoies ad opari seq̃reť q̃ oĩa ab hoie ĩuolũtarie fierent. q̃ grã delectabiliũ hoꝰ/mines oĩa opanť. Scõa rõ. q̃ fit p̃ violentiã ꝛ ĩuolũta/rie inducit tristiciã. q̃ aũt fit ꝓpter bonũ fit cũ delectatõe g̃ nõ fit ĩuolũtarie. Tercia rõ. ridiculũ est dicere exterio ra cogere ꝛ violentare hominẽ. q̃ ex hoc se reddit hõ in/uenerabilẽ. cũ discat se superari a talib; quoꝝ nullũ habet rõnem boni vlis. et sic homo illud libere pt vel nõ potest. Quarta rõ. incõueniens est dicere se esse cãm bonarum opationũ ꝛ bona exteriora turpiũ. cum opatões opposite in eandẽ cãm rõnalem reducãtur. Et ita idẽ hõ est cau/sa bonarũ operationũ ꝛ turpiũ. Ultima rõ. violentuz est cuius p̃ncipiũ est extra passo non ꝓferente vim. sed ille q̃ agit ꝓpter bona delectabilia ꝓfert aliquid ad actionem

UVA. BHSC. IyR_098_1

q̄uis p̄ncipiū inclinās eius volūtatē sit extra. nō tñ eius opatio est violenta. qꝛ volūtas ad talē motū hꝫ naturalē inclinatōem. g̃ nō causat inuolūtariū. Et ꝑ hoc soluitur secūda rō ante oppositū

Ad rationes Ante oppositū Ad p̄mā dꝛ ꝙ duplex est actꝰ volūtariꝰ. Quidā est a volūtate elicitus. vt velle ⁊ nolle. et q̄ sunt isto mō actus volūtatis nō sunt violenti. qꝛ ille actꝰ nihil aliud est q̄ꝫ inclinatio q̄dam ꝓcedens ab interiori p̄ncipio cognoscente. nam violentū est ab exteriori ⁊ ꝯtra inclinationē volūtatis. ⁊ sic implicat ꝯtradictionem ꝙ ille actꝰ fiat violente. Aliꝰ est actus q̄ fit a voluntate tanq̄ꝫ ab imperāte. sed exercet̄ mediante alia potentia sicut loq̄ ⁊ ambulare. ⁊ quo ad illū actū volūtatis p̄t inferri violētia. qꝛ ꝑtes exteriores p̄nt impediri ne exequātur imperiū volūtatis. vt si volens currere ab alio detineatur Ad aliā dꝛ. ꝙ licet illa flectio mēbri sit mēbro violenta ſm ꝙ est res q̄dam. nō tñ est sibi violenta ſm ꝙ mēbrū est aīatum ⁊ ꝑs aīalis. Vel aliter dꝛ ꝙ licet sit violenta ꝓut violentū opponit̄ naturali. nō tñ ꝓut violentū opponitur volūtario

Uod aūt ꝓpter ignorantiā nō volūtariū q̄dē om̄e est. Inuolūtariuꝫ aūt qd̄ triste ⁊ in penitudine. q̄ em̄ ꝓpter ignorantiā opat̄ qd̄ cūq̄ꝫ nihil tristatꝰ in opatiōe. volens q̄dē non opatꝰ est qd̄ nō sciuit. neq̄ꝫ rursum nolēs non tristatꝰ de eo qd̄ ꝓpter ignorātiā q̄ q̄dem in penitudine nolēs videt̄. q̄ autē nō penitet. qꝛ alit̄ sit nō volens. qꝛ em̄ differt meliꝰ est habere nomen ꝓpriū. Alterū aūt videt̄ ⁊ ꝓpter ignorantiam opari a beo qd̄ est ignorantē facere Ebrius em̄ vel qui irascit̄ nō videt̄ ꝓpter ignorātiā operari. sed ꝓpter aliq̄d eorū q̄ dicta sunt. non sciens aūt sed ignorās. ignorat q̄dē igit̄ om̄is malus que optet opari ⁊ a quibꝫ fugiendū. ⁊ ꝓpter tale peccatū iniusti ⁊ vniuersalit̄ mali fiūt Inuolūtariū aūt vult dici nō si q̄s ignorat qd̄ ꝯfert. non em̄ qm̄ electione ignorātia causa inuoluntarij. sed malicie. Neq̄ꝫ que vniuersalis vituperat̄ em̄ ꝓpter hāc. sed que in singularibꝫ in quibꝫ ⁊ circa que operatio. In his em̄ misericordia ⁊ venia. horum em̄ aliquod ignorans inuolūtarie opat̄ Forsitan aūt nō malū determinare hec et q̄ ⁊ quot sint. ⁊ q̄s vtiq̄ꝫ ⁊ q̄d ⁊ circa q̄d vel in quo opa. quādoq̄ꝫ aūt et quo puta instrumento. ⁊ gratia cuius. puta salutis et qualiter puta quiete vel vehementer.

Om̄ia quidē igit̄ nullus vtiq̄ꝫ ignorabit nō insanus. Manifestū autē ꝙ neq̄ꝫ operātē q̄liter em̄ seipsuꝫ. Quid aūt opat̄ ignorabit vtiq̄ꝫ aliq̄s. puta dicentes aiūt excidere ipsos vel nō scire. quoniā ineffabilia erāt quēadmoduꝫ aystili mistica vel mōstrare volēs dimittere vt q̄telū existimabit vtiq̄ꝫ aliquis ⁊ filiū oppugnatorē esse. quēadmoduꝫ meropem rotūdari hastam lanceatā vel lapidem pumicē esse ⁊ in salutē ꝑcutiens Occidere vtiq̄ꝫ ⁊ ostēdere volēs quēadmodū pugilles ꝑcutiant vtiq̄ꝫ Circa oīa vtiq̄ꝫ hec ignorantia existēte in q̄bꝫ opatio q̄ horū aliquid ignorat nolens videt̄ operari ⁊ maxime p̄ncipalissimis. Principalissima aūt esse vident̄ in q̄bꝫ opatio ⁊ onꝰ gratia Scd̄m talē vtiq̄ꝫ ignorantiā inuolūtario dicto adhuc oportꝫ operationē tristē eē ⁊ in penitudine

illis eligit. no vtiqz autem in omnibus virtutibus delectabiliter operari existit pterqz inquantum fine attingit. Milites aute nihil forsitan phibz no tales esse optimos. sed eos q minus quidem fortes. Aliud aut nullum bonu habentes. parati quide enim isti ad pericula et vitaz ad pua lucra permutant. De fortitudine quidem igitur in tantu dictuz sit. qd aut est no difficile typo accipere ex his que dicta sunt

Queritur Vtrum fortitudo sit virtus moralis consistens circa timores et audacias periculorum mortis que sunt in bello. Arguitur q non. quia dicit philosophus q fortitudo qnqz est ex passione. puta ex ira. sed nulla virtus operat ex passione immo ex electione. ergo fortitudo non est virtus Secundo sic. omnis virtus moralis est in medio. sed pericula mortis sunt in extremo. cum sint maxima pericula. ergo circa ipsa non est fortitudo Tercio sic. mors (cu sit finis presentis vite) tollit omne bonum et inducit malum. sed nulla virtus tollit bonum inducendo malum. ergo fortitudo non est circa timores mortis In oppositum est philosophus in textu

Sciendum primo

Q9 postqz phs determinauit de virtutibus in comuni. Consequenter determinat de ipsis in particulari Et primo de fortitudine que est medietas circa timores et audacias. Fortitudo enim importat quandam firmitatez animi p quam animus stat immobilis pter periculoz timores Nam omnis virtus moderas passiones hz idem obiectu. sicut est obiectu illaru passionum. cu igitur fortitudo moderet passiones timoris et audacie. vt postea p habitur. obiectum timoris et audacie est obiectu fortitudinis Omnis aut timor est circa aliqd terribile siue circa aliquod malu. ideo aliqui descripserut timore dicentes. q est expectatio mali Eadem aut sunt obiecta timoris et audacie. qd p timorem aliqs refugit p audaciam aggreditur Sic igitur fortitudo e circa terribilia. timores et audacias Sciendu scdo q fortitudo firmat animu ne desistat a bona rationis opatoe propter pericula cuiuscuqz boni corpalis. Et huius ratio est. q bona corporis sunt ppter bona rois. et ita bonum rationis excedit quodcunqz bonu corporale. ideo ppter timorem amissionis cuiuscuqz boni corpoalis homo non debet a bono rois desistere. Quapropter necesse est esse aliquam vtutem firmantem hominem in bono rois. ne ppter quecunqz pericula ab hmoi bono desistat. et talis virtus est fortitudo. et licet mors sit priuatio vite et homines appetant viuere. virtus tame vita extollit. vnde melius est ppter virtutem et bonum rationis mori. qz turpiter viuere desistendo a bono rationis

Conclusio prima

Fortitudo est virtus moralis consistens circa timores.

UVA. BHSC. IyR_098_1

et audacias Prima pars patz. qz fortitudo pficit hoiem et eius opus bonū reddit. perficit em̄ partē irascibilem z eam reddit obedientē rōni. et reddit etiā opus ipsius bonum. quia firmat hominē in operibꝫ q̄ sunt circa difficilia. Secūda pars patz. qz fortitudo est pfectio ptis irascibilis in qua sunt timor z audacia. timor em̄ dicit passionem appetitus succūbentis ꝓpter aliqđ terribile vel malum. sed audacia dicit motum appetitus ꝓsurgētis circa aliquod terribile vel malū. qz ergo fortitudo firmat appetitū. sequitur q̄ est circa timores z audacias

Conclusio secūda. fortitudo ꝑncipaliter est circa pericula mortis in bello cuius secūdario possit esse circa alia. Prima pars patet. quia fortitudo firmat appetitum circa pericula ꝓpter bonū. ergo maxime z principaliter firmat circa maxime pericula ꝓpter maximū bonū. sed pericula belli sunt maxima z maxime eminentia. quia oportet in bello vincere vel vinci. bellum etiā si sit iustū est ꝓpter maximū bonū. quia est pro salute reipublice. quod est maximū bonū. Nam q̄to bonum est cōmunius tanto est diuinius. Quādoqz tm̄ est bellum singulare z nō vniuersale. vt cū vna singularis psona (ne desistat a iudicio rationis) pericula mortis aggredit. z in isto ꝓsistit etiā fortitudo. Secūda pars patz. nam licet aliqua sint q̄ aliquādo timenda sunt. sicut terre motus z inūdationes maris. q̄ sunt terribilia circa hominem. quia ipsis homo resistere nō potest. tm̄ si ex aliqua necessitate ꝓtingat fortez ista pati. ea patietur sicut rō recta dictat. ne ꝓpter talem timorē desistat aliqualiter a bono rōnis. et ita secūdario potest in istis fortitudo ꝓsistere

Dubitatur primo

Vtrum fortitudo maxime sit circa pericula repentina Videt q̄ nō. qz virtus ex electione operat. sed repentina nō cadūt sub electiōe. ergo circa ipsa non consistit fortitudo. Respondet ph̄s q̄ in fortitudine duo sunt. Primū est electio in opibꝫ. ꝓ quā fortis p̄eligit sustinere pericula q̄ imminebūt. Secūdū est magnitudo habitus fortitudinis. et quo ad hoc in repentinis maxime ꝓsistit fortitudo. z nō quo ad primū. Et p hoc soluit rō dubij Vñ nō oportet virtuoso in quocūqz ope virtutis in spēali p̄deliberare. sed bene in generali.

Dubitatur secūdo. que sunt vitia opposita fortitudini. Respondet q̄ fortitudo est moderatiua timoris z audacie. Contingit autē timere z audere ꝓtra rectam rationē multipliciter. Vnde qui suphabūdat in timendo dr timidus. et qui deficit seu nihil timet est innoiatus. eo q̄ pauci sunt tales. imo nulli sunt nisi sint insani. talis tm̄ ꝑt vocari impallidus. sed qui suphabūdat in audendo dicitur audax. Et distinguitur ab illo qui suphabundat in timendo. qz stat aliquē nihil timere z tm̄ nō aggredi velociter terribilia. Contingit etiaz deficere in audendo. et iste nō distinguit a timido qui suphabūdat in timendo. et sic talis est timidus. Et sic patz q̄ sunt aliquo mō q̄tuor vicia opposita fortitudini. Reducūtur tm̄ ad tria. vt dictū est. et adhuc reducūtur ad duo. scz ad suphabūdātiam z defectum.

Dubitatur tercio. quot sunt modi fortitudinis ficte vel similitudinarie. Respondetur q̄ sint quinqz modi.

Pro quo sciendū. q̄ ad rōnem vere fortitudinis tria requruntur. Primū est noticia periculi. Secūduz est electio ipsius. Terciū est q̄ fit ꝓpter bonum honestū. contingit tamen aliquē aggredi pericula et in hoc imitari fortem. deficere tm̄ a non forti. ꝓpter aliquod istorum trium Et hoc ꝓtingit quinqz modis. Primo quando aliquis aggredit pericula. et hoc ꝓpter honorem vel ꝓpter bonū virtutis. et talis dicit fortitudo politica siue ciuilis. multum tamen assimilatur vere fortitudini. Secundo modo quando aliquis aggreditur pericula ꝓpter scientiā vel experientiam bene se habendo in talibus periculis. et hec aggressio fit ꝓpter lucrum. et talis fortitudo dicitur militaris. Tercio modo quando aliquis aggredit terribilia ex ira vel timore z non ex electiōe. et tales multotiens frangūtur. quia quando iminent pericula passio cedit violētie. et ista est fortitudo ex furore. Quarto modo quādo aliquis aggreditur pericula ꝓpter spem. qz scz sperat euadere et vincere. z hec dicitur fortitudo spei Quinto modo quando aliquis aggreditur periculum ignorans ipsum vel illa que in tali periculo accidunt. et hec dicitur fortitudo ignorātie.

Dubitatur quarto. an expectare sit principalioz actꝰ fortitudinis aut aggredi. Respondetur q̄ expectare z sustinere terribilia est principalioz actus fortitudinis q̄ aggredi terribilia. Ratio est. quia difficilius est expectare q̄ aggredi. ergo est virtuosius. Antecedens patet. quia ꝓ expectationem moderatur timor. per aggressuz vero audacia. sed difficilius est moderare timorem q̄ audaciam eo q̄ homines ꝓmuniter sunt magis timidi q̄ audaces ergo ꝛc. Ex quo sequit q̄ quādo fortitudo sit circa timores z audacias. nō similiter est circa ambo. sed magis circa timorem. Ratiōem vero assignat sanctus Thomas quia timor procedit ab aliquo fortiori supra ipsuz insurgente. audacia vero ex eo q̄ aliquis existimat euz quē inuadit non euadere posse suam potestatem. sed difficilius est insurgere in maius q̄ in equale vel minus. ergo difficilius est expectare q̄ aggredi. Et sic patet q̄ fortitudo plus opponitur timori q̄ audacie. z audax plus assimilatur forti q̄ timidus.

Dubitatur quinto. vtrum fortis delectatur in actu vere fortitudinis aut tristatur. Pro quo dubio sciendū. q̄ tristicia z timor habent idem obiectum. scz malū Differunt tamen. quia malum preteritum seu presens est obiectum tristicie. futurum vero timoris. Ad fortitudinez autem pertinet non solum stare contra timores futuroꝝ rum periculorum. sed ab ipsis periculis sistere. cum igitur pericula presentialiter insint. puta pcussiones z vulnera. ideo euz non possint esse sine dolore z tristicia. oportet q̄ fortis in actu fortitudinis habeat tristiciam adiunctam. et in hoc laudatur. quia non recedit a bono virtutis fugiendo tristiciam. quia sustinet huiusmodi tristiciam ꝓpter magnū bonū. potest tamen delectari sm̄ rōnem. q̄uis non sm̄ sensum.

Dubitatur vltimo quot sunt que augent tristiciam hominis in amissione alicuius boni. Dicitur q̄ duo sunt. Primo quando priuatur bono quo dignus erat. Secundo ꝓpter magnitudinez boni quo priuatur. z vtrū q̄ accidit ī virtuoso et p̄sertim in forti. quia maxime dignum est q̄ fortis viuat. Priuatur etiā fortis scienter maximis bonis. scz optima vita z virtutibus quas amittit quantum ad vsum vite presentis. et in hoc confertur ei tristicia. Ex predictis patet q̄ licet operationes virtutū sint delectabiles. vt dictum est in primo libro et in secundo huius. tamen in nullo operatio est delectabilis nisi sm̄ q̄ attingit finem. sicut patet in opere fortitudinis. Vltrius patet quid sit fortitudo. quia est virtus medio mo-

UVA. BHSC. IyR_098_1

do se habens circa timores ⁊ audacias ꝓpter magnũ bonum. ⁊ sic patet solutio ad dubium. Rationes ante oppositum soluuntur ex iam dictis]

Ost hec autem de temperantia dicamus videntur enim irrationabilium ꝑtium he esse virtutes. Quoniam quidẽ igitur medietas circa delectationes temperantia dictum est nobis: minus enim ⁊ non similiter est circa tristicias. in his autem ⁊ intemperantia videtur. Circa quales igitur delectationum nunc determinemus. Determinantur autem animales ⁊ corporales. puta amor honoris. amor discipline. vterq; em̃ horum gaudet cuius amatiuus est nihil patiente corpore sꝫ magis mente. Qui autem circa tales delectationes neq; tempati neq; intempati dicunt̃. Similiter autem neq; qui circa alias quecũq; nõ corporales sunt. amatores em̃ fabulaꝝ ⁊ narratores ⁊ de contingentibus conterẽtes dies garrulos. intempatos autẽ non dicimus neq; contristatos in pecunijs vl' amicis. Circa corporales erit vtiq; tempantia: Non omnes autem neq; has. Qui em̃ gaudent his que ꝑ visum. puta coloribus ⁊ figuris ⁊ scriptura neq; tempati neq; intempati dicuntur. q̃uis videatur vtiq; esse ⁊ vt oportet gaudere ⁊ his et ꝟm supabundantiam ⁊ defectum. Similiter aũt et his q̃ circa auditum: supabũdanter em̃ gaudentes melodijs ⁊ ypocrisi nullus intemperatos dicit. Neq; eos qui vt oportꝫ temperatos neq; eos qui circa odorem p̃ter ꝟm accidens. gaudentes em̃ malorum vel rosarum vel tymi amatum odoribus non dicimus intempatos sed magis eos qui vnguentorum ⁊ pulmentorum. gaudent em̃ his intempati qm̃ per hec rememoratio fit eis concupiscibilium. Uidebit aũt vtiq; aliquis ⁊ alios qñ esuriũt gaudentes ciboꝝ odoribꝫ. talibus aũt gaudere intempati huic em̃ concupiscibile hoc. Non est aũt neq; in alijs animalibus ꝟm hos sensus delectatio preter ꝟm accidens. neq; enim odoribus leporum canes gaudent. sed cibatione. Sensum autem odor fecit. neq; leo voce bouis. sed comestione. Quoniam autẽ prope est per vocez sensit et gaudere vtiq; hac videtur. Similiter autem neq; videns neq; inueniẽs ceruũ vel agrestem capram. sed quoniaꝫ cibũ habebit Circa igitur tales vtiq; delectationes temperãtia et intemperantia est quibꝫ reliqua aĩalia communicãt vnde seruiles ⁊ bestiales vidẽtur. he autẽ sunt tactus ⁊ gustus. Uidẽtur vtiq; ⁊ gustu in parum vel nihil vti. gustus em̃ est iudicium saporis. quod faciũt qui vina probant ⁊ pulmenta condiunt non multum gaudent his vel non intemperati sed vsu. qui fit omnis per tactum ⁊ in cibis et potibus ⁊ venereis dictis Propter quod ⁊ orauit quidam philozenus erixyus pultiuorax existens guttur ipsius longius gritis fieri vt delectatus tactu. Communissimus autẽ tactus sensuuꝫ ꝟm quem intemperantia. Et videbitur vtiq; iuste exprobrabilis. quoniã nõ ꝟm ꝙ homines sumus existit sed ꝟm aĩalia. Talibꝫ itaq; gaudere ⁊ maxime diligere bestiale. Etenim liberalissime earum que per tactum delectationum ablate sunt puta que in gignasijs per circuitionem ⁊ calefactionem facte. Non em̃ circa omne corpus intemperati tactus. sed circa quasdã partes. Cõcupiscentiarum autem he quidem cõmunes videntur esse. he autẽ ꝓprie ⁊ apposite. puta q̃ sibi quidem naturalis. omnis em̃ concupiscit (quãdo indigens fuerit) siccum et humidum cibum. quãdoq; aũt ambos ⁊ lectũ inquit homerus iuuenis ⁊ crescens. Talẽ aũt vel talem nõ adhuc oĩs neq; eosdẽ: ꝓpter qd̃ viden t̃ nostra esse. Sꝫ adhuc hꝫ aliq̃d naturale Alia em̃ alijs sunt delectabilia ⁊ quedã q̃busdã delec/

UVA. BHSC. IyR_098_1

tabiliora ꝓtingentibus. In naturalibus qui/dem igitur concupiscentijs pauci peccant ꝛ in vnū in plus ꝓmedere quidē em̄ que cōtingunt vel bibere vsquequo vtiqz supimpleant supabundantie est ſm naturam multitudine Repletio eius indigentie naturalis cōcupiscentia ꝓpter quod dicūtur isti castrimergi. vt ꝓꝛe/ter indigentiam eam replentes. tales autez fi/unt qui multum bestiales. Circa ꝓprias au tem delectationes multi ꝛ multipliciter peccāt Eorum em̄ qui amatores taliū dicūtur. vel in gaudendo quibus non oportet. vel vt magis vel vt multi. vel vt nō oportet. ſm autē omnia intemperati. superhabūdant etenim gaudent quibusdam quibus non oportet. Odibilia em̄ et si quibusdam oportet gaudere taliū magis q̄ oportet ꝛ vt multi gaudent. Circa delecta/tiones quidem igitur superhabūdantia qm̄ in temperantia ꝛ vituperabile manifestū. Circa tristicias autez non quēadmodū in fortitudi/ne in sustinendo dicitur temperat9 neqz intem peratus in nō sustinēdo. Sed intemperatus q̄dē in tristando magis q̄ oportet. qm̄ delecta bilia non adipiscitur. ꝛ tristiciā aūt facit delec/tatio ei. temperatus aūt in nō tristari absentia et in abstinere a delectabili. Intēperatus qui/dē igit ꝓcupiscit delectabilia oīa vel q̄ maxi/me. et ducit a ꝓcupiscētia vt ꝓꝛe alijs hoc ele/gisset. ꝓpter qđ ꝛ tristat ꝛ adipiscēs ꝓcupiscēs cū tristicia em̄ ꝓcupiscentia. Incōuenienti au tem assimilatur ꝓpter delectatōez tristari De/ficientes autē circa delectationes ꝛ minus q̄ oportet gaudentes non multū fiunt. Nō em̄ humana est talis insensibilitas Etem̄ reliqua aialia discernunt cibos. ꝛ his q̄dem gaudent his aūt non. si aūt huic nihil est delectabile ne q̄ differt alteruz ab altero. longe vtiqz erit ab hominū natura esse. Non fortitus autem est talis nomine ꝓpter non multum fieri. Tem peratus autez medie circa hec habet. neqz em̄ delectatur quibus intemperatus maxime sed magis tristatur. neqz vniuersaliter q̄bus non oportet neqz vehementer tali nullo modo. ne/q̄ absentibꝫ tristatur. neqz ꝓcupiscit. vel men/surate. neqz magis q̄ oportet nullo. neqz quā/do non oportet. neqz vniuersaliter taliuz nullo Quecūqz aūt ad sanitatem sunt vel ad bonam habitudinem delectabilia existentia hec appe tet mēsurate ꝛ vt oz. ꝛ talia delectabilia nō im pedimēta his existentia vel ꝓter bonū vel sup substantiā. Sic em̄ habens magis diligit ta/les delectationes q̄ dignū sit. temperatus au tem nō talis. sed vt recta rō. Volūtario autem magis assimlat intemperantia q̄ timor. hec q̄dē em̄ ꝓpter delectatōem. hic aūt ꝓpter tri/sticiam. quoz hoc quidē ꝓpter delectationem hoc aūt ꝓpter tristiciam. quorū hoc quidem desiderabile. hoc aūt fugibile. Et tristicia qui/dem stupefacit ꝛ corrumpit naturā habentis delectatio aūt nihil tale facit. magis aūt volū tarium. Propter quod ꝛ exꝓbrabilius etem̄ assueti facile ad hec Multa enim in vita talia ꝛ assuetudines sine periculo. in terribilibꝫ au/tem econuerso. Videbit aūt vtiqz non silr vo lūtarium timor esse his que ſm singula. hec q̄/dem em̄ sine tristicia. hec aūt ꝓpter tristiciam stupefaciūt. vt arma proijciāt ꝛ alia deformi/ter faciant. ꝓpter quod ꝛ vident violenta esse Intemperata autem ecōuerso Que quidē ſm singula volūtaria. concupiscenti em̄ ꝛ appeten ti. totum autē minus. nullus em̄ ꝓcupiscit in/temperatus esse. Nomen autē intemperantie et ad puerilia peccata ferim9. habēt em̄ quā/dā silitudinē. vtrum autē ab vtro vocāt. nichil ad ea que nūc differt. manifestū autem qm̄ po sterius a priori. Non male aūt videt transla/

UVA. BHSC. IyR_098_1

tum esse. puniri enī opz turpia appetentem et multam augmentationē habentē. tale aūt maxime ɔcupiscentia z puer. ſm cōcupiscentiam enī viuunt z pueri. z maxime in his delectabilis est appetitus. Si igitur non erit bene persuasibilis. z ad dominans z ad multuz veniet Insatiabilis enī delectabilis appetitus z vndiqz insipienti z concupiscentie operatio auget conatum z si magne z vehementes sunt et cognitionē pcutiat. Propter quod oportz mē suratas esse z paucas z rōni nihil contrariari. Tale aūt nō psuasibile dicimus z punitū. quē admodum enim puerum oportz ſm pceptum pedagogi viuere. sic z oportet concupiscibile consonare rōni. Intentio enim ambox bonū et concupiscit contēperatus que opz z vt oportet z quādo. ita aūt ordinat z ratō Hec igitur nobis dicta sunt de temperantia

Queritur Octauo. Utrū tpantia sit virt⁹ consistens circa delectationes tactus Arguitur primo q non sit virtus. quia virtus est cōueniens alicui ſm naturam. sed temperantia retrahit a delectationibus gustus z tactus. ad quas ſm materiā inclinamur. ergo temperantia non est virtus Secundo sic. circa delectationes maiorum sensuum cōtingit recte se habere. supabundare z deficere. ergo circa hmōi delectationes est aliqua virtus que nō videtur alia a temperātia: ḡ nō solū est ɔsistens circa delectationes tactus.

In oppositum est pbus in textu.

Sciendum primo

Q; postq̄ pbus determinauit de fortitudine. consequēter agit de tpantia q̄ sunt ambe in pte irrōnali. scz in appetitu sensitiuo. Ratio est. quia fortitudo est circa passiones timoris z audacie. que sunt in appetitu irascibili. sz temperantia est circa delectatiōes z tristicias: que sunt in appetitu cōcupiscibili. z sic ambo sunt in appetitu sensitiuo.

Sciendū scdo: q sensus ad duo ordinatur in hominibus Uno mō ad cognitōem. Alio mō ad destructionez ɔuenientis z nociui in eis p que ɔseruat vita humana tā ſm indiuiduum. vt sunt cibus z potus. q̄ ſm spēm. sicut sunt tactus venerei. Et q̄ gustus z tactus pceptiui sunt ipsoz ɔseruatorum humane vite. z alij tres sensus valēt hominibus ad cognitionē sensibiliū ex q̄bus proceditur ad cognitionez rōnis que mouet appetitum hominis. iō hō delectat in apprehensione z cōuenientia sensibiliū ſm oēs sensus. z sic ordinātur ad sustentationē vite humane sed in brutis animalibus sensus non ordinantur ad cognitionē. sed solum ad discretionē conuenientis z discōuenientis ad suam vitā. ideo solum delectant p se inconuenientia ad apprehensionē ſm illos duos sensus Licz enī canis delectetur in odore carnis hoc est solū q̄ est sibi cōueniens Sciendū tercio. q duplices sunt delectatiōes q̄ q̄dam sunt aiales insequētes apprehensionē que non est ɔmunis anime z corpori. sed solū ɔuenit aie sicut delectatio in amore honoris vel discipline vel pecunie. Alie sunt delectationes corporales que cōmunes sunt aie et corpori. que apprehensionē sensibilē insequūtur. sicut sūt delectatiōes sensibiliū exteriorū.

Conclusio prima

Temperantia est ɔtus. Probat. q tēperantia ponit mediū in delectationib⁹ z tristicijs. ɔtingit enī delectari plus q̄ oportz. qđ est supabūdare. z minus q̄ oportz. qđ est deficere. z medio modo. qđ est virtuosum esse. ergo tēperantia est virtus.

Conclusio secūda. tēperantia nō est circa delectationes aialis. Patz. q̄ q̄ bene se habet in istis. aut qui supabūdat aut deficit nō dr tēperatus vel intpatus. ḡ ꝛc.

Conclusio tercia. tēperantia nō est p se circa delectationes vsus z auditus z olfactus. Patz nā qui in visibilibus audibilib⁹ vel odorabilib⁹ delectant neqz tpati neqz intēperati dicūtur. Et dicebat notanter p se. q̄ p accidens circa ipsa bene pt esse tpantia. z maxime circa delectationes olfactus. q̄ intēperati p odores memorant cibariorū z alioz ɔcupiscibiliū

Conclusio quarta. tpantia non est directe circa delectationes gustus. q̄ qui in saporib⁹ ſm q hmōi delectantur nō dicūtur tēperati vel intēperati. sicut illi qui ꝓbant vina vel pulmenta. Illi enī qui delectant in gustando vina vel alias res. dum tñ nō plus sumāt q̄ oportz nō dicūtur intemperati. q̄ intemperantia ad quādā ɔsumptionem cibi z potus videtur pertinere. Scdo patz a signo nam vir intemperat⁹ z etiā pulmēti vorax (qui dicitur philosseus) nō orauit linguā suā (que est organū gustus) produci z augeri. sed guttur suū augeri ad modum colli gruis. qđ q̄dē signū est qđ nō tantū delectat in delectatione gustus sicut z tactus

Conclusio quinta. temperantia est circa delectatiōes tactus z etiā circa delectatiōes gustus sequētes tangibilia ꝓiūcta tactui. p q̄to scz p gustū pcipitur cōueniens et nociuū. Probat. q̄ temperantia est circa delectatiōes cōmunes aialiū. sed tales sunt delectationes gustus z tactus. ḡ circa eas est tpantia. Ex quo sequit q̄ vitiū oppositum tēperantie est maxime reprobandū. Rō est. q̄ nō ineſt homini ſm q homo. sed inq̄tuz ɔuenit brutis in intēperantia hō efficit quasi bestialis. Patz vlterius q tēperantia pt esse circa delectationes aliox sensuū a tactu pro q̄to hmōi sensus habent ordinē ad ipsum tactum p quē saluat vita corporalis p discretionē ɔuenientis z disconuenientis. tales enī delectationes aliorū sensuū per se habent ordinem ad delectationem tactus. Et p hoc patet solui secūda ratio. Ulterius patz quid sit temperantia. Temperātia enī est habitus inclinās ad tenendum mediū circa delectatiōes gustus z tactus.

Dubitatur primo

Utrū intemperātia sit indifferēter circa delectatiōes gustus z tactus Pro quo sciendū est. q ɔcupiscentiarum seu delectationū q̄dam sunt ɔmunes. z q̄dam ꝓprie. Cōmunes aūt dicuntur naturales. q̄ sequūtur naturā generis aut speciei. vt est concupiscentia cibi et po-

UVA. BHSC. IyR_098_1

tus in ꝯmuni. Sed ꝓprie dicunt que nō ꝙequunt totam naturā spēi vel generis. sicut nō omnes homines concupiscūt talem vel talem cibū. puta pꝛecioſum aut delicate pꝛeparatū. nec omnes idem ꝙcupiſcunt. Et ad hmōi delectatōes nō inclinant nisi forte ꝑm naturā indiuidui. Respondetur ꝙ in ꝙcupiſcētijs naturalib⁹ pauci peccant qꝛ in his nō est peccatū nisi ꝑm ꝙ alicꝭ plus ꝙcupiſcit q̄ natura requirat. Et tales vocant castrimergū z bestiales Sed circa delectatōes pꝛopꝛias multi peccāt ꝑm oīes circūstātias. eo ꝙ ꝯdem gaudent in his ꝯbus nō oportet et magis q̄ oportet. puta in sumptōe cibi discōuenientis vel qꝛ delectant sine discretōe. sicut stultoꝝ multitudo.

Dubitat scō. an tpantia sit magis circa delectatōes q̄ tristicias. Rn̄detur ꝙ tēperantia est magis circa delectatōes q̄ tristicias. Ratio est qꝛ effectus est potioꝛ cā ꝙse/quit ex pn̄tia cause q̄ qui ꝙsequitur ex absentia. Et qꝛ delectatio ꝙsurgit ex pn̄tia delectabiliū. z tristicia ex eoꝝ absentia. ō tēperātia secūdario est circa tristicias q̄ ꝙsequūtur ex absentia delectabiliū. Dubitat tercio de vicijs oppositis tēperātie. Respō detur ꝙ duo sunt. s. intpantia q̄ est supabundātia in tristādo vel delectando. Et insensibilitas q̄ est defectus. pauci tn̄ reperiūtur insensibiles q̄ deficiunt in delectando Dubitat quarto. vtrū intēpe/rātia sit magis volūtaria q̄ timiditas Rn̄detur ꝙ sic. rō est. qꝛ vnuſqſq; delectat in hoc ꝙ volūtarie agit. z tristat in hoc quod est inuolūtariū. Sed intpatus agit ꝓpter delectatōem. z timidus pꝛopter tristiciā. modo delectatio est magis volūtaria. z sic intēperantia magis accedit ad volūtariū q̄ timiditas. Ex quo patz ꝙ vicīū intēperan/tie est vitupabilius q̄ vicīuz timiditatis. quia volūtarijs debetur laus in bonis z vicīū in malis. Alia rō est. quia facilius vitare possumus ea circa q̄ est intpantia. q̄ ea circa que est timiditas. Dubitat vltimo. vtrum virgini/tas sit virtus. Arguit ꝙ nō. quia nulla virtus ineſt nobis a natura. sed virginitas ineſt nobis a natura. ergo zc. Item ꝓtus deꝑdita potest recupari. sed ꝓginitas amissa nō potest recuperari. ꝙ zc Pro dubio est

Notandum. Q; virginitas pōt capi dupl'r. vno mō ꝓ integri/tate coꝛpis z p̄seruatione a coꝛruptōe. Alio mō ꝓ hmōi integritate vna cū habitu electiuo hmōi integritatis ob seruande ꝙ totam vitam. Tunc respondet ad dnbiuz. ꝙ virginitas ꝓmo modo sumpta nō est ꝓtus. sed tn̄ est no bilissima conditio in coꝛpe humano. Primū patz ꝙ rōes adductas. Secm̄ probat. qꝛ integritas dignitatez z no bilitatem importat. Dicit scō ꝙ virginitas scō modo capta ea parte q̄ notat coꝛpis integritatem nō est virtus sed ea pte qua notat habitū electiuū obseruandi illā vir/ginitatem ꝓpter bonū in tota vita est virtus. que tn̄ non distinguit a tēperantia. sed est spēs eius. Istud posset ꝓ/bari per diffinitōem virtutis.

Ad rationes ante oppositū Ad primā ōz. ꝙ tēperātia non retrahit ab eo quod est ꝑm naturaz. immo magis ꝙseruat naturam. quia appetit delectabilia ꝑm ꝙ oportet. z ꝑm ꝙ requirit sanitas z bona coꝛpoꝛis dispositio. Ad scām ꝙceditur ꝙ circa delectatōes aliozum sensibilium est aliq̄ virtus. sed non est temperantia nisi per accidens. ꝓ quā to delectatōes aliozum sensibilium oꝛdinātur ad delec/tatōes tactus Et hec de questione. z per consequens de toto tercio libꝛo Ethicoꝝ Aristotelis

Icamus autem deinceps de liberalitate. Ui detur autem esse circa pecunias medietas. lau datur em̄ liberalis non in bellicis neq; in qui/bus temperatus. rursus neq; in iudicijs. sz cir ca datiōnem pecuniaruz z sumptionē. magis aūt in datiōe. Pecunias aūt dicimus. omnia quoꝛūcunq; dignitas nummisinate mensura/tur. Est aūt z ꝑdigalitas et illiberalitas circa pecunias supabundantia et defectus. Et illi/beralitatem copulamus quidem semp magis q̄ oportz quidem circa pecunias studentibus Prodigalitatem aūt inferimus qñz cōplecten tes intēperatis hominib⁹. Incōtinentes em̄ z p intēperantiam ꝙsumptoꝛes prodigos voca mus ꝓpter qꝛ z prauissimi vident eē Multas em̄ simul malicias hñt. nō aūt ꝓprie appellan tur vult em̄ prodigus esse. q̄ vnū aliqd malum hz coꝛrūpere substantiam. ꝑdigus em̄ q̄ ꝓpter se ipm ꝑditus. videtur aūt ꝑditio quedā ipsius esse. z substātie coꝛruptio. vt viuere p has exi/stēte. sic vtiq; ꝑdigalitatē accipim⁹. Quoꝝ aūt est aliq̄ vtilitas his enim bn̄ vti z male. diuitie aūt sunt vtiliū. vnoq; aūt optime vtit qui ha/bet circa singula virtutē. z diuitijs aūt vtet op time q̄ hz circa pecunias ꝓtutē. iste aūt est libe ralis. Usus aūt videt eē pecuniaz ꝙsumptō z datio. acceptio aūt z custodia possessio magis Propter qd̄ magis est liberal' dare ꝯbus oꝛ q̄ accipe vñ oportet. z nō accipe vñ non oportet

UVA. BHSC. IyR_098_1

Virtutis em̄ magis bene facere q̄ꝫ bene pati. ⁊ bene operari magis q̄ꝫ turpia non operari. Non immanifestum quidem sequitur benefacere ⁊ bona operari. sumptionem autem bn̄ pati vel non turpe operari. Et gratia danti ⁊ non accipienti. sed ⁊ laus magis. Et facilius autez non accipere q̄ꝫ dare. propriū em̄ minus emittunt magis q̄ꝫ non accipiunt alienuz. Sed liberales dicuntur qui dant. qui vero non accipiunt non in liberalitatem laudantur. sed non minus in iusticiam. qui autem accipiunt neqꝫ laudantur multum. Amantur autem maxime liberales eoruz qui in virtute. vtiles enim hoc autem in datione. Que autem ꝑm virtutē opationes bone ⁊ boni gratia. et liberalis igit̄ dabit boni gratia ⁊ recte. quibꝫ em̄ oportet ⁊ quecūqꝫ ⁊ qn̄ ⁊ alia quecūqꝫ sequuntur recte dationi. Et hoc delectabiliter vl' sine tristicia. quod em̄ ꝑm virtutē delectabile vel non triste vel minime triste Qui autem dat quibus non oportet vl' non boni gratia sed ꝓpter quandā aliam causam nō liberalis sed alius q̄s dicet̄. Neqꝫ qui triste. magis em̄ vtiqꝫ eliget pecunias bona operatione. hic autem non liberalis. Neqꝫ accipiet vn̄ nō oportet. neqꝫ em̄ est non honorantis pecunias talis acceptio. non vtiqꝫ erit neqꝫ petitiuus. non enim est benefacientis beneficiari faciliter. Unde autem oportet accipiet. puta a ꝓpriis possessionibꝫ. nō vt bonū. sed vt necessarium vt habeat dare. neqꝫ enim non curabit propria volēs ꝑ hoc quibusdam sufficere. neqꝫ quibuslibet dabit vt habeat dare q̄bus oportet ⁊ qn̄ ⁊ vbi bonū. Liberalis aūt est vehementer ⁊ superabundare in datōe vt derelinquat sibijpsi minora. non respicere em̄ ad seipsum liberalis. Scd̄m substantiam vtiqꝫ liberalitas d̄r. non em̄ in multitudine datorum quod liberale. sed in dātis habitu. hic aūt ꝑm substantiā dat. Nihil āt ꝓhibet liberaliorem esse minora dantē si a minoribꝫ det Liberaliores esse vident̄ non qui acq̄sierūt. sꝫ qui susceperūt substantiā. Inexpti em̄ indigētie ⁊ omnes magis diligūt sua opa vt parētes ⁊ poete. Ditari aūt nō facile liberalē neqꝫ acceptiuum existentē neqꝫ custoditiuū. emissiuum aūt ⁊ nō honorantē ꝓpter ip̄as diuitias sꝫ gratia dationis. Propter qd̄ accusant fortunam qm̄ maxime digni exn̄tes nequaq̄ꝫ ditant̄. contingit autē non irrationabil'r hoc. Non em̄ possibile pecunias habere nō curantē vt habeat quemadmodū neqꝫ in aliis. Non tn̄ dabit q̄bus nō oꝫ neqꝫ qn̄ nō opꝫ: Neqꝫ q̄cunqꝫ alia talia. Non em̄ vtiqꝫ adhuc opabitur ꝑm liberalitatē. ⁊ in hoc ꝯsumens nō vtiqꝫ habebit in q̄ opꝫ consumere. quēadmodū em̄ dictum est liberalis est qui ꝑm substantiā expendit. ⁊ in q̄ oportet.

Circa intium quarti libri ethicoꝝ

Arestotel' Queritur p̄mo vtruz liberalitas sit virtus circa pecunias existens: Arguit̄ primo q̄ nō sit virtus. qꝛ liberalis plus intendit aliis q̄ꝫ sibijpsi. quod est ꝯtra naturalē inclinationē. ergo liberalitas non est virtus. Tenet ꝯn̄tia quia nulla virtus est cōtraria naturali inclinationi Secūdo arguit̄. liberalitas non ordinatur ad felicitatem. ergo non est virtus An̄s ptz. qꝛ felicitati subseruiūt bona exteriora. sed hec ꝑ liberalitatē ꝯsumunt̄ ergo ⁊c̄. Tercio arguit̄. om̄is virtus moralis est circa passiones vel circa opationes vt habetur tercio hui⁹. sed pecunie non sunt opationes vel passiones igitur. ⁊c̄.

In oppositū est ph̄s in textu. Pro rn̄sione.

Sciendum primo

q̄ postq̄ꝫ ph̄s in tercio libro determinauit de fortitudine et tempantia q̄ respiciūt ea quibꝫ conseruat̄ vita humana hic ꝯn̄ter in quarto hui⁹ agit de virtutibꝫ q̄ respiciūt secūdaria bona vel mala. Et primo agit de liberalitate ꝓpter ꝯuenientiā eius ad tpantiā. qꝛ sicut tpantia temperat cōcupiscentiā delectationū tactus. ita liberalitas temperat cupiditatem acquirendi vel possidendi res exteriores

Sciendū scd̄o. q̄ aliq̄ virtus p̄t esse circa aliq̄d multipl'r Uno mō tanq̄ꝫ circa ꝓpriū actuz. vt liberalitas est circa dationē ⁊ acceptionē pecuniaꝝ Alio mō virtus est circa aliq̄d tanq̄ꝫ circa materiā. ⁊ hoc dupl'r. vel tanq̄ꝫ circa materiā ꝓpinquā. ⁊ sic cupiditas vel amor pecuniaꝝ est id circa quod est liberalitas. vel tanq̄ꝫ circa materiam remotā. ⁊ sic liberalitas est circa pecunias intelligēdo noīe pecuniaꝝ oīa illa que p̄n̄t pecunia ꝯpari. vt dom⁹ equus

UVA. BHSC. IyR_098_1

Conclusio prima.

Circa pecunias est aliqua virtus.patz quia circa pecu/nias ꝓtingit supabūdare ⁊ deficere.g̃ ⁊ medio mō se ha/bere.ergo circa ipsas est aliqua virtus Conclusio scōa virtus exīs circa pecunias est liberalitas.patz qz libera/lis nō laudatur eo q̄ bñ se habet in actib⁹ bellicis vel. in iu dicijs.sed laudat in datione ⁊ acceptōe pecuniarū.g̃ libe/ralitas est circa pecunias. Ex q̄ sequitur q̄ circa pecuni/as sunt vicia opposita.s.prodigalitas ⁊ illiberalitas.nam circa eadē ſtz extrema ⁊ mediū Cōclusio tercia.liberali tas est bonus vsus pecuniarū.patz qz quandocūq; aliq̄d q̄ritur tanq̄ vtile ad aliud.⁊ ꝓtingit eo bene vti ⁊ male. tunc actus virtutis circa talē materiā exītis est bonus vsus illius rei.sed diuitie sunt vtiles ad aliud.⁊ ipis cō/tingit bene vel male vti. igitur ⁊c.

Dubitatur prima.

Quis est potior actus liberalitatis.vtrū dare vel accipe Respō det phs q̄ dare.Probat quatuor rōibus. prima qz ad virtutem magis pertinz benefacere q̄ bene pati .ſz q̄ dat benefacit.⁊ q̄ accipit bñ patit.igit ⁊c. Scōa ratio. laus ⁊ gloria debent virtuose operanti.sed ista magis at tribuunt bene danti q̄ bñ accipienti. Tercia ratio.ꝓtus est circa difficile.sed difficilius est bñ dare q̄ bñ accipere Quarta ratio.inter omes ꝓtuosos maxime amant libe/rales.qz ſtz alijs vtiles.ſz ſtz alijs vtiles p hoc q̄ dant.g̃.

Dubitatur scōo.q̄lis debz esse actus liberalis. Rñ/det phs q̄ actus liberalis est dare cū recta rōe q̄b⁹ oportz q̄ oportet.ſm q̄ oportet.⁊ q̄ opz.⁊ sic de alijs circūstan/tijs ⁊ etiā dare delectabiliter.⁊ nō tristari in datōe. Et silr ōr de acceptōe.liberalis em̄ accipit nō qualitercūq;.ſz vt de oportet.vtputa a propꝛijs possessionib⁹.nec adhuc ista capit ꝓpter amorē pecuniarum in se.sed vt habeat quod oportet dare.⁊ vt det alijs quibus oportet.⁊ q̄n oportet

Dubitatur vltimo.quot sunt ꝓprietates liberal'.Rñ detur q̄ quatuor.ꝓma est q̄ supabundet in datione.h̄ est q̄ plura det q̄ sibi retineat nisi ea q̄bus indiget Scōa est q̄ liberalis habet dare ſm facultatē sue substātie.i.posses/sionis.qz aliq̄n ꝓstat minora dantē esse liberaliorē dante maiora.nam aliq̄s nō ōr liberalis ex multitudine donoꝝ sed ex habitu dantis. Tercia est q̄ diuites a natiuitate.i. a parentibus vt in plurimū sunt liberaliores acq̄rentib⁹ diuitias p suos ꝓprios questus. Et huius rō est.qz diui/tes a natiuitate sunt inexpti indigētie.ideo nō timēt eas Etiam qz oēs diligūt sua opa.ideo q̄ acquirūt pecunias p sua opa magis retinent. Quarta est.q̄ nō est facile li/berale multū ditari.put cōiter loquimur de diuite.qz nō est possibile illū qui parū amat pecunias ⁊ parum est reti nens ⁊ custodiēs eas multū abundare pecunijs.sicut nō est possibile q̄ aliq̄d habeat ab hoie de quo hō nō curat sed liberalis parū cūrat de pecunijs.g̃ ⁊c.

Ad rationes ante oppositum.Ad pri/mam ōr q̄ liberalis me lioza sibi intendit.s.bonum virtutis.alijs autem bonum vtile.⁊ istud est conforme inclinationi naturali recta ra/tione regulate. Ad secundam dicitur q̄ liberalis non habz consumere bona exteriora plus q̄ oportet.ideo nō consumit ipsa nisi ſm q̄ talis sumptio subseruit felicita/ti.⁊ ideo ipsam ordinat ad felicitatem. Ad terciam patet solutio ex dictis.

Qui autem supabundat prodigus.propter quod tyrannos non dicimus prodigos.multi tudine em̄ possessionis non videtur facile esse dationibus ⁊ expensis supabundare. Libera litate vtiq; medietate existente circa pecuniaꝝ dationem ⁊ acceptionē.liberalis ⁊ dabit ⁊ ex pendet in que oportet ⁊ que oportet. similiter in paruis ⁊ magnis.⁊ hoc delectabiliter. Et accipiet vñ oportet ⁊ q̄cunq; oportet. virtute em̄ circa ambo existente medietate vtraq; fa/ciet vt oportet: Seq̄tur em̄ decenti dationi ta lis acceptio.non talis aūt contraria est Seq̄n tes quidē igitur fiunt simul in ipso.cōtrarie au tem manifestū q̄ non Si aūt p̄ter optimuz et bñ habēs contingat ipm consumere tristabit. Moderate aūt ⁊ vt oportet. virtutis em̄ ⁊ de lectari ⁊ tristari q̄bus oportet ⁊ vt oportz. Sz et bñ cōmunicatiuus est liberalis in pecunijs potest em̄ iniusta pati non honorans pecuni/as: Et magis grauatus siq̄dem quod oportz non consumpsit.q̄ tristatus si non oportunuz aliquod cōsumpsit.⁊ simonidi non placens. Prodigus aūt ⁊ in his peccat:neq; em̄ delec/tatur in q̄bus oportet.neq; vt opz. neq; trista tur vt oportz.erit aūt procedentib⁹ manifesti? Dictū est aūt nobis qm̄ supabundantie ⁊ defe ctus sunt pdigalitas ⁊ illiberalitas.⁊ in duo/bus in datione ⁊ acceptione.⁊ expensas em̄ in datione ponimus. Prodigalitas q̄dez igitur in dando ⁊ in non accipiendo supabundat.in accipiendo aūt deficit. Illiberalis aūt in dan do deficit. in accipiendo aūt supabundat nisi in paruis Que q̄dem igitur prodigalitatis nō multum coagentur. Non em̄ facile est ex nul/la pte accipientē omnibus dare. velociter em̄ derelinq̄t substātia dātes ydeotas esse. q̄ ⁊ vi/dent pdigi esse. q̄re talis videbit vtiq; nō quo melioz esse illiberali.bene sanabilis est enim ⁊

UVA. BHSC. IyR_098_1

ab etate ⁊ ab egestate. ⁊ ad medium potest veni
re. habet enim que liberalis. etenim dat ⁊ non
accipit. neutrum autem vt oportet neq; bñ Si
vtiq; hoc assuescat vel qualiter aliter transmu
tet. erit vtiq; liberalis. dabit enim quib; opor/
tet et non accipiet vnde non oportet. propter
quod ⁊ videtur nõ esse prauus ꝑm morem. nõ
enim mali neq; inuirilis superabundare dan
tem et nõ accipientẽ. insipientes autẽ. Scdm
autem hunc moduz prodigus esse videtur. me
lior multum et illiberali esse. et propter ea que
dicta sunt. ⁊ quoniã hic quidem prodest mul/
tis. hic autem nulli. sed neq; sibijpsi. Sz mul/
ti prodigorum quemadmoduz dictum est ⁊ ac
cipiunt vnde non oportet. ⁊ sunt ꝑm hoc illibe
rales. Acceptiui aũt sunt propter velle ꝯsume
re. facile autez hoc facere. velociter em̃ derelin
quit eos substãtia. cogunt̃ igitur aliũde acqui
rere. Sil' aũt ⁊ propter nihil boni curare indif
ferenter ⁊ vndiq; accipiũt. dare em̃ concupis/
cunt. q̃liter autem vl' vnde nihil eis differt. ꝓp
ter quod neq; liberales eorũ datões sunt. neq;
em̃ bone neq; hmõi ip̃ius grã. neq; vt opz. sed
qñz q̃s oportet indigere hos diuites faciũt. ⁊
moderatis q̇dem ꝑm mores nihil vtiq; darent
adulatoribus aũt vel ꝑm aliquã aliã volupta/
tẽ tribuũt multa. Propter quod intẽperati ip̃o
rum multi sunt. facile em̃ cõsumentes ⁊ in intẽ
perantias ꝯsumptiui sunt. ⁊ ꝓpter nõ ad bonũ
viuere ad voluptates declinant. Prodigus q̇
dem igit̃ inducibilis effectus in hec trãsit. po
titus aũt studio in mediũ ⁊ ad id quod oportz
adueniet vtiq; Illiberalitas aũt insanabilis est
videtur enim senectus ⁊ om̃is impotẽtia illibe
rales facere. ⁊ magis cõnaturale hoĩbus ꝓdi/
galitate. multi em̃ amatores pecuniarum ma
gis q̃z datores. Extendit aũt in multũ ⁊ multi
forme est. multi enim modi vidẽtur illiberali/
tatis esse. In duobus enim existens ⁊ defec/
tu dationis ⁊ supabundantia acceptionis nõ
omnibus integra aduenit. sed quandoq; diui
ditur. ⁊ hij quidem acceptione supabundant.
hij autẽ datione deficiunt. Qui quidẽ enim in
talibus appellationibus puta parci tenaces
kynnibiles om̃es datione deficiunt. aliena au
tem non appetunt. neq; volunt accipere. hij q̇
dem propter quandam moderantiam ⁊ reue/
rẽtiam turpium. Uidẽtur enim quidam vl' di
cuntur ꝓpter hoc custodire. vt nõ aliqñ cogã/
tur turpe aliquid opari. Hoꝝ autẽ ⁊ cimini vẽ
ditor. ⁊ oĩs talis noĩatus est a supabundãtia
eius. quod est nulli vtiq; dare. Hij rursus ꝓp
ter timorẽ abstinent ab alienis vt non facile ip
sum que aliorum accipe. q̃ autem ipsius alios
Non placet igitur eis neq; dare neq; accipe.
Hij autẽ rursus ꝑm acceptionẽ supabundant
vndiq; accipiẽdo ⁊ om̃e. puta illiberales opa
tiones opantes. ⁊ de meretricio pasci ⁊ om̃es
tales ⁊ vsurarij ⁊ ꝑua in multos. Omnes eniz
isti vñ non oportz accipiunt. ⁊ quantũ non oz.
cõmune autẽ in ipsis turpis lucratio apparet.
Omnes em̃ gratia lucri ⁊ huius parui oppro
bria sustinẽt. Eos enim qui magna non vnde
oportz accipiunt. neq; q̃ oportz. non dicimus
illiberales. puta tyrannos ciuitates desolan/
tes ⁊ sacra p̃dantes: sed ꝑniciosus magis ⁊ im
pios ⁊ iniustos. Aleator qnidẽ ⁊ mortuorum
spoliator ⁊ latro illiberaliũ sunt. turpes lucra/
tores em̃ lucri enim gratia vtriq; negociantur
et opprobria sustinẽt. ⁊ hij quidẽ ꝑicula maxi
ma gratia lucri. hij aũt ab amicis lucrantur q̇
bus oportz dare. vtriq; vtiq; vnde non oportz
lucrari volentes turpes lucratores. et om/
nes vtiq; tales sumptiones illiberales. Con/
grue vtiq; liberalitati illiberalitas contrari/
um dicitur. maius est malum prodigalitate.

UVA. BHSC. IyR_098_1

et magis in hanc peccant q̄ fm dictam prodigalitatem. De liberalitate quidem igitur z op positis malicijs tanta dicta sint

Queritur Secundo. vtrum prodigalitas sit minus vicium q̄ illiberalitas.

Et arguitur primo contra suppositum probando q̄ prodigalitas non sit vicium. q̄ fm vicium alicjs ōr malus. sed fm prodigalitatem homines non dicunt mali. vt habetur in textu. ergo prodigalitas nō est vicium Secundo arguitur contra quesitum. maius malum est nocere sibijpsi q̄ alijs. sed prodigus sibijpi nocet. eo q̄ multum consumit quibus debet viuere. illiberalis aūt nō sibijpsi nocet. igit zc. Tercio arguitur (. prodigus q̄ omnia dat sine rōe) multa cogitur accipere pter rōnem q̄ ad illiberalitatem pertinent. ergo prodigalitas includit illiberalitatem. z ei supaddit aliquā maliciā. igit zc. In oppositū est phs in textu Pro responsione.

Sciendum Q̄ quidam est simpliciter z totaliter prodigus. q̄ scz superabundat in dādo z deficit in accipiendo Alius est prodigus mixtus. q̄ scz abundat in dando z etiā in accipiēdo et ex hac pte aliq̄d habet liberalitatis. ex hoc scz q̄ abundat in accipiendo. Ex hoc em̄ q̄ tales prodigi multū volunt consumere z dare. etiā oportet q̄ pter rōnem multa accipiant. nā faciliter derelinquit eos substātia eorū Et tales cōiter dant his quib non deberent dare. puta adulatoribus. lasciuis zcijs. Sz duplex est illiberalis. q̄ vnus est simplr illiberalis. qui scz deficit in dando z superabundat in accipiendo Alius est mixtus. z hic est duplex. quidam em̄ superabundat in accipiendo z nō deficit in dādo et talis coincidit cū prodigo mixto. Alius est p oppositū qui scz nō superabundat in accipiendo. sed deficit in dando. z hoc potest multipliciter contingere. q̄ alicjs deficit in dādo aliq̄d ne pter indigentiam cogatur aliq̄d turpe operari. z tales vocant ptim tenaces. z tales etiam deficiunt in accipiendo ne coganf alijs dare. iō nō volūt aliq̄d ab alijs accipe. Alij vero sunt illiberales q̄ superabundant in accipiendo. quor aliqui turpia opantur gratia pui lucri. sicut meretrices z vsurarij z similes qui propter paruum lucrum turpia operantur. Sed illi (qui propter magnum lucrum turpia operantur sicut tyranni z pdones) nō dicuntur ppie illiberales sed pnicioſi quo ad homines. impij vero quo ad deū. z iniusti quo ad legis trāsgressionem Alij vero superabundant accipiendo iniusta. et operādo iniusta. q̄ fm leges debēt puniri. sicut aleator q̄m ab amicis accipit. z omnes tales accipientes dicunt illiberales Istis notatis ponitur

Conclusio prima

et responsiua ad q̄situm. illiberalitas est vicium Probatur. q̄ omnis habitus inclinans hoīes ad magis q̄ oportet. vel ad minus q̄ oportet est viciū. sed illiberalitas est huiusmodi. igitur zc Et eodē modo posset pbari q̄ prodigalitas sit vicium. verū est tamē q̄ prodigalitas nō est vicium totaliter Et ad huius certitudinem aliqui allegabant textū. sicut arguitur est in pma rōe ante oppositum. Sed melius potest dici q̄ est vicium sicut probatum est verū est tamen q̄ prodigalitas p se sumpta est paruū viciū nisi aliq̄d mali sit cū ea admixtū Et q̄ qō parum est pro nihilo reputatur. ideo dicit phs nō videf prodigus eē malus fm morem Conclusio secūda. illiberalitas est vicium maius prodigalitate Et hoc accipiendo prodigalitatem z illiberalitatem absolute. quia nihil phibet prodigalitatem annexam intemperātie peiorē esse illiberalitate. Probatur conclusio tribus rōibus. Prima est. illiberalitas potest difficilius sanari q̄ prodigalitas. ergo zc. Ans probatur. q̄ illiberalitas propter duo difficulter sanaf. scz propter egestatem z pter etatem. pter etatem quidez. quia quanto aliquis plus accedit ad senectutē. tanto magis efficitur pronus ad retinendum. Propter egestatem vero sanatur prodigalitas plus q̄ illiberalitas. q̄ prodigalitas causat egestatem. illiberalitas vero nō Secūda ratio. illiberalitas magis distat a medio q̄ prodigalitas igit zc. Ans patz. quia liberalis magis est dare q̄ accipere et exponere q̄ custodire. Sed in hoc prodigus cū eo conuenit. licet nō debito modo faciat. sed illiberalis non conuenit aliquo modo cum eo Tercia ratio. prodigus per suam dationem multis prodest. sed forsan in dando inordinate sibi nocet. sed illiberalis nulli prodest nisi sibijpsi in quantū deficit in dando. igit zc.

Dubitatur Utrū prodigus magis peccet in nō dando quib oportet q̄ dando quibus non oportet. Dicitur q̄ sic simpliciter. quia nō dare ex peiori pncipio procedit q̄ dare. q̄a non dare quibus oportz prouenit ex eo q̄ aliquis prefert vtilitatem pecuniarum bono rationis. sed dare quib nō oportet non prouenit ex tali causa. scilicet ex illicito amore pecunie. sed ex appetitu honoris vel voluptatis vel delectationis. que magis habet rationem finis q̄ bonum vtile.

Ad rationes Ante oppositum. Ad primam patet solutio ex dictis. Ad secundam dicitur q̄ illiberalis sibi nocet in hoc q̄ non dat exponendo quando oportet et vbi oportet. et sic de alijs. Et nocet etiam multis alijs. Sed prodigus multis prodest z sibi non nocet nisi inquantum cōsumit pecunias quibus deberet viuere Tercia ratio arguit de prodigo mixto. quē nihil prohibet peiorem esse illiberali. vt dictum est.

Idebitur autem vtiq̄ consequēs esse z de magnificētia pertractare. videl em̄ z ipsa circa pecunias q̄dam virtus eē Non quem admodū liberalitas extenditur circa omnes q̄ in pecunijs operatōes. sz circa sumptuosas solum. In his aūt superexcellit liberalitatē magnitudine. quēadmodū nomen ipm significat in magnitudine em̄ decens sumptus ē. Magnitudo autem ad aliquid. non em̄ idem sumptus triearche z architheoro. decens vtiq̄ ad ipm z in q̄ z circa q̄. Qui aūt in quis vel in moderatis fm dignitatē expendit nō ōr magnificus. puta q̄ multociēs tanti dare. sz q̄ in magnis iste magnificus q̄dem em̄ liberal. liberalis

UVA. BHSC. IyR_098_1

aũt nihil magis magnificus Talis aũt habi/
tus defectus quidez ꝑuificentia vocant. sup/
abundantia aũt bannausia et apirocalia. ⁊ q̄/
cunqꝫ tales nõ superabũdantes magnitudi/
ne circa que oportet. sꝫ in quibus nõ oportet ⁊
vt non oportet preclare posterius aũt de ip̄is
dicemus. Magnificus aũt scienti assimilat.
decens em̄ potest speculari et expendere ma/
gna prudenter. quẽadmodum em̄ in principio
diximus habitus operationibus determina
tur. ⁊ quorũ est magnifici sumptus vtiqꝫ ma
gni ⁊ decentes. talia vtiqꝫ opa. sic em̄ erit ma/
gnus sumptus et decẽs opatio. quare opus
quidem sumptu dignũ oportet esse. sumptuꝫ
aũt ope vel supabundare. Cõsumet autem ta
lia magnificus boni gratia. cõmune em̄ hoc
ꝟtutibus. Et adhuc delectabiliter et emissi/
ue ratiocinij diligentia paruifica. Et qualiter
optimũ et decentissimũ intendet vtiqꝫ magis
q̄ꝫ quãto ⁊ qualiter minimo. Necessariũ aũt
⁊ liberalem magnificum esse. etem̄ liberalis ex
pendet que oportet. ⁊ vt oportet. in his em̄ ma
gnum magnifici velut magnitudo circa hec li
beralitate existente. Et ab equali sumpta op⁹
saciet magis magnificum. nõ em̄ eadẽ virtus
possessionis et operis: possessionis em̄ quidẽ
virtus quod plurimo dignum et honoratissi
mum. puta aurum: operis em̄ magnũ ⁊ bonũ
talis aũt speculatio admirabilis. Magnificũ
autem admirabile: et est operis virtus magni
ficentia in magnitudine. Est autem sumptu/
uum qualia dicimus honorabilia puta circa
deos doua reposita et reparationes et sacrifi/
cia. Similiter autez ⁊ quecũqꝫ circa omne de
monium. ⁊ quecunqꝫ ad commune magnifi/
cata sunt. puta sibi alicubi largiri quale opor
tere preclare equale vel trieris esse principem

vel et ꝯuiuare ciuitatem. In om̄ibus autem
quẽadmodũ dictum est ⁊ ad opantem refert
quis est et quarũ possessionum. Digna enim
oportet his eẽ ⁊ nõ solum opa sed et facientem
decere. Propter qd̄ inops q̄dez non vtiqꝫ erit
magnificus. nõ em̄ sunt a quibus multa ꝯsu/
met decenter. Temptans aũt et inspiciẽs pre/
ter dignitatem em̄ ⁊ oportunũ. ꝑm ꝟtutẽ autẽ
recte. Decet aũt et eos quibus talia p̄existunt
per seipsos vel ꝑ ꝓgenitores vel ꝑ quos ad ip
sos transeunt ⁊ nobiles et gloriosos ⁊ quecũ
qꝫ talia. Om̄ia em̄ hec magnitudinẽ habent
et dignitatem. Maxime quidẽ igit̄ talis mag
nificus. ⁊ in talibus sumptibus magnificẽtia
quẽadmodũ em̄ dictum est maxima em̄ ⁊ ho/
norabilissima Propriorũ autẽ quecũqꝫ in se/
mel fiunt puta nuptie ⁊ si quid tale. Et si circa
aliq̄d tota ciuitas studet. vel qui in dignitati/
bus ⁊ circa ꝑegrinoruꝫ ãt susceptõnes ⁊ missi
ones ⁊ dationes ⁊ retributiones Non em̄ in
seip̄m sumptuosos magnificus. sꝫ in cõia do/
na aũt deo sacratis habẽt aliq̄d simile. Mag
nifici aũt ⁊ habitatõem prepare decenter diui
tijs. ornatis quidem em̄ ⁊ hoc et circa hec ma
gis sumptus facere q̄cuuqꝫ diuturna operum
optima em̄ hec. Et in singulis decens nõ em̄
idem ꝯgruit dijs ⁊ hominibus. neqꝫ intẽplo
et sepulcro ⁊ in sumptibus vnũquodqꝫ Ma/
gnũ em̄ in genere ⁊ magnificentissimũ q̄dem
quod in magno magnũ hic autẽ qd̄ in his ma
gnuꝫ. ⁊ differt in ope magnum ab eo quod in
sumptu. Spera quidẽ em̄ vel lechit⁹ pulcher
rima magnificẽtiam habꝫ puerilis doni. hu/
ius ãt preciuꝫ paruũ ⁊ illiberale. ꝓpter hoc est
magnifici in q̄ vtiqꝫ faciat genere magnifice fa
cere. tale eĩ nõ facile supabile ⁊ ẽ habẽs ꝑm di
gnitatẽ sumptus. talis quidẽ igit̄ magnificus

UVA. BHSC. IyR_098_1

Suphabūdans ⁊ bānausus ⁊ ꝓter qđ oꝑ/tet ꝓsumendo suphabūdat quēadmodū dictū est Jn paruis em̄ sumptuū multa cōsumunt ⁊ resplendet ꝓter melodiā. ⁊ est parabola q̄dam puta histriones nuptialiter cibans ⁊ tragedis tribuēs in trāsitu purpuram inferēs quēadmodū megares ⁊ oīa talia non boni faciet grā. sed diuitias ostentans ⁊ ꝓpter hoc existimans admirari. ⁊ vbi q̄ dē oportet multa ꝓsumere. pauca ꝓsumēs vbi aūt pauca multas. Paruific⁹ aūt circa oīa deficiet ⁊ maxima ꝓsumens in paruo bonū ꝑdit ⁊ qđcūq; faciat tardās ⁊ int⁊/dens q̄liter minimū ꝓsumat vtiq; et hic tristatus ⁊ oīa existimās maiora facere q̄ꝫ oportet Sūt q̄dē igit̄ habitus hūj malicie. non tm̄ op/probria q̄dem inferūt ꝓpter neq; nociuos ꝓximo esse neq; valde turpes.

Querit̄ tercio. Vtrū magnificentia sit virtus specialis ab alijs distincta. Arguit̄ q̄ non sit virtus. nā oīs virtus ꝓsistit in medio. sed q̄ magnificētia nō est hm̄oī. cū sit circa magnos sumptus. q̄ magnū importat excessum. g̃ ⁊c

Scđo arguit̄. magnificus excedit liberalē. sed liberalis attingit mediū. cum sit virtuosus. ergo magnificus excedit mediū. ⁊ sic magnificentia nō est virtus Tercio arguit̄ q̄ nō distinguat̄ a liberalitate. q̄ ambe sūt circa sumptus. ergo nō distinguūtur. Consequētia tenet. q̄ habēt idem subiectū a quo sumit̄ distinctio virtutū Et ꝓfirmatur. q̄ dicitur in textu q̄ magnificus est liberalis Jn oppositū est phs in textu. Pro respōsione.

Queritur octauo. Utrū incōtinentia ire sit peior q̄ incōtinētia ꝯcupiscētie. Arguit pmo q sic. qz q̄to difficilius est resistere passioni tāto incontinentia est leuior ⁊ fm eraclitū difficili⁹ est pugnare ꝯtra ꝯcupiscētiā q̄ cōtra irā. g leuior est incōtinētia ꝯcupiscētie. Maior pz. qz dicit phs in hoc libro q nō est admirabile sed ꝯdonabile si q̄s naturalibꝫ cogitatiōibꝫ vincat Scdo sic. passio ꝑ suā vehementiā totaliter auferens iudiciū rōnis excusat a peccato. sicut pz de illo q incidit ex passione in iniuriā sed plus manet de iudicio rōnis in incōtinēte ire q̄ in incōtinēte ꝯcupiscētie. qz iratus aliq̄liter audit rōnem. nō aūt ꝯcupiscens. vt dt phs. g incōtinētia ire peior est incōtinentia ꝯcupiscētie. Tercio sic. tanto amplius peccatum est grauius q̄to periculosius. sed incōtinētia ire est periculosior. cū ducat ad maius peccatū. puta ad homicidium. qd est grauius peccatū q̄ adulterium ad qd ducit incōtinētia ꝯcupiscētie In oppositū est phs in textu. Pro primo videbitur de quesito. Secūdo erunt dubia. Quātum ad primum.

Sciendum primo

Q postq̄ phs ostendit diuersimode q incōtinentia est circa diuersa. ꝯsequēter ꝯparat diuersas incōtinentias ad idem Et pmo ꝯparat incōtinētiā ꝯcupiscētiaꝝ tact⁹ q̄ est incōtinētia simplr ad incōtinētiam ire. q̄ est incontinentia fm quid. de q̄ in p̄cedēti q̄stione videt dictū. etiaz ꝯparat incōtinētiā humanā ad incōtinentiā bestialē. de q̄ in sequēti questione.

Sciendū secūdo q peccatū incōtinentie p̄t dupliciter ꝯsiderari. Uno mō ex ꝑte passionis ex qua rō superatur Alio modo q̄tum ad mulierem in quod quis incidit a

UVA. BHSC. IyR_098_1

ratione discedens ꝓpter dominium passionis supra rationem. Tunc sit

Conclusio prima

Incōtinentia ꝯcupiscētie turpior est t peior ꝙ incōtinētia ire. si ꝑmo modo ꝓsiderek in ipsis de ordine. qz motꝰ ꝯcupiscentie habet maiorē inordinationem ꝙ motus ire. Probatur ꝓclusio quatuor rōnib⁹ phi. Prima rō est. ibi est maior turpitudo vbi minus est de rōne. sed in incontinētia ꝯcupiscētie est minꝰ de rōne ꝙ in incōtinētia ire. ꝯ Minor ꝓbat in textu. qz motus ire aliqliter ptcipat rōnem inẽptum iratus tendit ad vindictā iniurie sibi facte qđ rō aliqliter dictat. sed nō ꝑfecte. qz nō intēdit debitus modū vindicte. sed motꝰ ꝯcupiscētie totaliter est ꝑm sensum t nullo mō ꝑm rōnem. Et ideo dicit phs q iratus aliqliter audit rōnem inẽptum ſcz syllogisat q ꝓpter iniuriā sibi factā debeat inferre vindictā. sed obaudit. i. imꝑfecte audit rōnem. qz nō expectat totum iudicium circa ẽptitatē t motū vindicte. t ꝓpter hoc sepe in actione peccat Secūda rō. nam illud est magis turpe qđ est minus naturale. nam illud quod ꝓuenit ex naturali cōpositione corꝓris reputatur magis venia dignū. sed incōtinentia ꝯcupiscentie est minus naturalis ꝙ incōtinētia ire. ergo incōtinētia ꝯcupiscētie turpior est ꝙ incōtinētia ire ¶ Maior ꝓz. qz ꝯcupiscētijs cōmunib⁹ puta cibi t potus magis datur venia. qz sunt naturales. et hoc si accipiātur in ẽptum sunt cōmunes. nam licet ꝯcupiscentia cibi t potus sit ꝯmunis t naturalis. non tamen ꝯcupiscentia cibi sic vel sic ꝓparati. Minor ꝓbatur qz motus ire magis ꝓsequit corꝓris ꝓplexionem. nā ꝓpter velocitatez motꝰ colere alios videt intendi ad iraz. t ideo ꝓmptius iratus scitur ille qui ꝑm corꝓris complexionē dispositus est ad iracundū ꝙ cōcupiscat ille qui dispositus est ad ꝯcupiscendum. Ex quo sequitur q ex iracūdis magis nascuntur iracūdi ꝙ ex ꝯcupiscentib⁹ ꝯcupiscentes. Arguit ꝯ sic ad minorē. illud est naturalius qđ magis sequitur ad cōꝑplexionē corꝓris. puta calidū t frigidū t sic de alijs. sed hoc magis ꝓuenit ire ꝙ ꝯcupiscentie. ꝯ minor vera. ¶ Qz aūt sensualitas ad iram de facili ꝓpagat a patre in filiū ꝙ ꝓsequēs naturalē ꝓplexionem ostēdit phus duob⁹ exemplis. Primū est. qz ꝙdam patrem ꝓcutiens sup hoc repḧensus respōdit q pater suus ꝓcussisset senioꝛem patrez et ostenso filio dixit. t iste qñ veniet ad virilem etatez me ꝓcutiet. hoc eīm generi nostro ꝓnaturale est Secūdū exẽplū est de vno alio ꝙ cuz traheret a filio suo ꝑcepit sibi vt ꝙescꝛet qñ ꝓueniret ad ostiū. qz ipse vsqz ad illum locuz patrē suū traxerat. Ex quib⁹ ꝑz q ira est magis naturalis ꝙ ꝯcupiscentia cōis que est necessaria t naturalis circa quam nō multū peccat. Sed hoc intelligit de ꝯcupiscentia qua ꝙdam superflua ꝯcupiscūtur. circa quam ꝓcupiscentiam sunt tpantia t intemperātia Tercia ratio turpius est latenter insidiare ꝙ manifeste. sed incōtinēs ꝯcupiscentie latenter insidiat querēdo latebras t dolose subintrando. Iratus vero querit manifeste operari. ergo incōtinentia concupiscētie turpior est incōtinentia ire. Maior ꝓz. qz insidiātes latenter agūt ex deꝓauata rōne. et cum hoc q ledūt etiaz decipiūt. Minor ꝓbatur. qz iratus non esset contentus nisi lesus ab eo sciret se esse lesum. eo q ipsum offenderat. neqz etiam ira insurgit latenter t insidiose. sed cum quodam impetu. sed cōcupiscētia insurgit latenter t quasi insidiose. nam qz delectabile per se natum est mouere appetitum statim cum apꝓhēsuz fuerit nisi rō ꝓhibeat. et ideo vocat venus cyꝓrigena. i. in cyꝓro genita. qz venꝰ fuit regina cyꝓri. t dr esse dolosa t habere variā cozrigiā. ꝑ quam intelligit ꝯcupiscentia que mentes ligat. Et ꝓpter hoc dicit homerꝰ q deceptio veneris est furata intellectuz spisse. i. multū sapientis. i. ligat iudiciū rōnis in eis. Quarta rō. ꝯcupiscens cū delectatiōe male operat. iratus aūt male opatur quasi quadā tristicia precedente coactus. sed ille est peior qui facit cuz delectatiōe ꝙ qui facit cū tristicia. ergo maiorē habet inordinatiōem in ꝯcupiscenti incontinentie ꝙ ire. Minor ꝓbat. quia nullus cum tristicia agens iniuriat. et ꝓpter hoc supra in quinto dictum est q quicqd inuolūtarie facit per se loquendo non facit iniustum nisi per accidens inẽptum accidit illud qđ agit esse iniustum. sed id qđ cuz tristicia agimus inuolūtarie facere videmur. ergo minor vera. Non tamē est intelligendum q iratus tristetur de vindicta quam infert. sed tristat de iniuria sibi illata t ex hoc mouet ad iram. Non est etiaz intelligendū q iratus sit omnino inuoluntarius. qz sic nullo modo vituperaret qđ facit. sed habet volūtatē mixtaz cum inuolūtario. Ex ꝓdictis ꝑz q iratꝰ minus imputat qđ facit inẽptuz ꝙuo catus facit. ille aūt qui infert iniurias quasi ꝑ se iniustuz faciens operat volūtarie t cum delectatione. Et ideo in ipso est ꝓmo iniuria que ad iraz ꝙuocauit. ꝓpter illud minus iuste irascimur ꝓtra iratum qui ꝓuocatus cuz tristicia peccat ꝙ ꝓtra ꝯcupiscentez qui peccat totaliter volūtarie t cū delectatiōe. Ex quib⁹ omnib⁹ patz q incōtinentia simpliciter est circa cōcupiscētias et delectatiōes

Conclusio secūda. incontinentia ire est turpior ꝙ incontinentia ꝯcupiscentie si considerantur quātum ad id qđ ꝑ actus sequitur ex ipsis. Probatur ꝓclusio. quia incontinentia ire ducit id quod pertinet ad ꝓximi nocumentum. non aūt incontinentia ꝯcupiscentie. ergo conclusio vera. Probat etiam ꝑ terciā rōnem ante oppositū et hec de ꝑmo. Quātum ad secūdum.

Dubitatur ꝓmo

De exẽplis phi adductis ad manifestatiōem ꝑme rōnis ꝑme ꝙstionis. Ad dubiū respondet q sunt duo. ꝓmū ē de ministris velocib⁹ q anteqz audiāt totuz (qđ eis dr) currūt ad exequēdū. t sic peccāt in executiōe mandati Secūdū exemplū est de canib⁹ q ad ꝑmū sonituz pulsantis ad ostiū latrāt anteqz intendāt an sit pulsus de amicis vel familiaribus. Et ita consimiliter iratus audit in aliquo rationem. sed ꝓpter caliditatem t velocitatem colere mouentis ad iram anteqz audiat totum ꝓceptum rationis mouet ad puniendum. Cum eīm manifestatur homini q sibi facta sit iniuria vel contemptus vel ꝑ rationem quando verum est vel per fantasiam quando videtur. licet nō sit hō iratus syllogisat q oꝓtet iniuriantem oppugnare t determinat modū audientiuz. t sic statim mouetur ad vindictam anteqz determinet ei a ratōe motus vindicte. Sed sic nō est de ꝯcupiscente. qz apꝓhensio delectabilis ꝑ rōnem vel ꝑ sensum mouet ad ꝑsequendū absqz aliquo syllogismo rationis. Et huius differentie ratio est. quia delectabile habet rationem finis ꝙ se appetibilis. qui est sicut principium in syllogismis. sed nocumentum alteri inferendum non est per se appetibile vt finis. sed sicut id quod est vtile ad finem quod rationem habet ꝓclusionis in agibilib⁹. t ideo concupiscens

UVA. BHSC. IyR_098_1

nō mouet silogisans sicut iratus ⁊ inde est q̄ iratus aliq̄liter ꝓseqūtur rōem ⁊ nō ꝓcupiscens q̄ seqūtur impedimentū ꝓprium Scōm dubiū est circa scōam rōem p̄me ꝓclusionis vtrū passio ire sit naturalior q̄ passio ꝓcupiscentie. vt ōt textus. Et videt q̄ non. q̄ illa passio est naturalior cui⁹ obiectū est naturalius Sed obiectū cōcupiscētie naturalius est obiecto ire. q̄ cibi pot⁹ ⁊ venerea sunt magis naturalia hōi q̄ tristicia q̄ est cā ire igit̄. Itē illud est innaturale cui⁹ oppositū est naturale: sed māsuetudo est naturalis hōi q̄ tñ oppon̄t ire. g̃ ira est innaturalis Ad dubiū rñdet q̄ naturalitas ex duob⁹ p̄t accipi. Uno mō ex obiecto ⁊ sic passio cōcupiscētie delectabiliū naturaliū necessarior est naturalior q̄ passio vt bñ ꝓbat prima rō dubij Alio mō ex subiecto in quo est. ⁊ illo mō passio ire naturalior est q̄ passio concupiscentie. q̄ passio sequēs naturalem cōplexionem naturalior est nō sequēte illā. sz ira seqūtur naturalē ꝓplexiōez ⁊ a patre ꝓpagat̄ in filios vt dicū est igitur Ad primā rōem dubij pz solutio. Ad secundā ōt q̄ in hoie est duplex natura. s. intellectiua ⁊ sensitiua. vñ māsuetudo fm naturā intellectiuam est naturalis nō tñ fm sensitiuā de qua hic est sermo. nō tñ fm q̄ natura sensitiua est in hñte rōem Et ꝓpter hoc aialia irrōnabilia nō dicunt̄ iracūda nisi silitudinarie inquantū p̄ institutū nature, puocant̄ ad iniurias puniēdas Uel p̄t dici vt ōt sanctus Thomas q̄ fm cōem naturā spēi hō natura liter est aial mansuetū inquantū est aial sociale ⁊ gregale: sed fm naturaz alicuius individui q̄ in corpis cōplexione consistit q̄nq̄ sequitur magna promptas ad iraz. p calidita tem ⁊ subtilitatem humorū faciliter flāmabilium. sed cōcupiscētia. supfluoꝝ vt cibi delicate ꝓparati sequit̄ imaginationem et est passio aialis magis q̄ naturalem complexionem sequens. ⁊ sic patet de secundo

Ad rationes ante oppositū Ad primam ōt q̄ difficilius est assidue pugnare ꝓtra ꝓcupiscentiā ꝓpter diuturnitatē cōtinuitatis concupiscentie. sed ad hoꝝ difficilius est resistere ire ꝓpter eius impetū qui est maior q̄ in cōcupiscētia Ad secōam dicitur q̄ concupiscētia ōt esse sine rōne non q̄ totaliter auferat iudicium rōnis. sed q̄ in nullo ꝓseqūtur iudicium rationis: Et ex hoc est turpior

Ad terciam dicitur q̄ solum procedit ex parte eoꝝ que sunt in incontinente

Psarum aūt barū differentias assumendum quemadmodū eīm dictū est fm p̄n cipia. hec q̄dem būa ne sunt ⁊ naturales. ⁊ genere ⁊ magnitudine. hec aūt bestiales: hec aūt orbitates ⁊ passiones ⁊ egritudines Haꝝ aūt circa primas tpantia ⁊ intempantia est solum ꝓpter quod ⁊ bestias: neq̄ tempatas neq̄ intpatas dicimus. sed vel fm metaphoraz. ⁊ si aliquo totaliter aliud ad aliud differt genꝰ aialium ꝓtumelia ⁊ sinomoria. ⁊ in oīm vozaꝝ eē non eīm habet electionē neq̄ rōtinacionez. sed discessit a natura. quemadmodū insaniēs bominum. Minus aūt bestialitas malicia. terribilius autē. non eīm corruptū est optimū quē admodū in homine. sed corruptū est ⁊ non habet. Simile aūt igit̄ quē admodū animatum ꝓparare ad animatū. vtrū peius. Innocētior eīm p̄ualitas semp q̄ nō habētis p̄incipiū. intellectus aūt p̄incipiū. Simile igit̄ comparare iniusticiā ad hominē iniustuz. est eīm vt vtrū q̄ peius decies milies. plura eīm vtiq̄ mala faciet homo malus bestia

Querit nono. Utrū incōtinentia bestialis sit minus mala q̄ incōtinētia humana. Arguit̄ p̄mo q̄ nō. q̄ virtus heroica est optima ⁊ rutū. vt dictū est sup̄. g̃ oppositū eius q̄ est bestialitas ipsa est pessima inter oēs malicias

Scōo sic. bestialitas ē terribilior malicia hūana. vt ōt textus ⁊ maioza mala facit. g̃ bestialitas est peior malicia hūmana Tercio sic. q̄ sile est bestiā hoi ꝓpare in malicia. sicut ꝓpare maiatū aiato. vt ōt text⁹. sed maiata sunt peioza aiatis. q̄ plures ledere p̄nt. sicut cum ignis aut lapis ꝓterit. g̃ bestie sūt peiores hoib⁹. ⁊ p cons malicia sue incōtinētia hūana. In oppositū est phs in textu. p̄mo videbit̄ de q̄sito. duo erūt dubia. Quātū ad p̄mum

Sciendum primo

Q̄ postq̄ phs ꝓposuit incōtinētiā ꝓcupiscētiaꝝ tact⁹ q̄ est incōtinētia simpl'r ad incōtinētiā ire. ꝓinter ꝓpat incōtinētiā humanā ad incōtinentiā bestiale vel egritudinem Et p̄mo resumit dām ꝓcupiscētiaꝝ ⁊ egritudinū ⁊ delectabiliū. Scōo ostēdit circa q̄s harū sunt ꝓtinētia ⁊ incōtinētia. tpantia ⁊ intpantia. Tercio ꝓparat humanā malicia seu incōtinētiā bestiali. Circa primū.

Sciendū est scōo q̄ q̄ ꝓtinētia ⁊ incōtinētia sunt circa delectatōes corpales oꝑt assumere eaꝝ differentias fm easdē delectatōes. Un̄ dicit textus. q̄ vt dictū est p⁹. q̄dā sunt delectatōes humane ⁊ naturales. q̄ sez sūt ꝓsone humane nature q̄tuz ad gen⁹ q̄ō ꝓsiderat̄ fm ea que appetūtur ⁊ q̄tum ad magnitudinē q̄ attribuet̄ fm modū appetendi vel intensum vel remissum. Alie vero sunt delectatiōes nō naturales sed bestiales q̄ aduenūt ꝓpter pniciosam naturā vel ꝓpter orbitatiōes vel ꝓpter egritudines. inter q̄s etiam ꝓputant̄ praue ꝓsuetudines Circa secūdū (q̄ō hic ponit phs) ponitur

Conclusio prima

Tpantia ⁊ intpantia solū sūt ꝓprie circa delectatōes humanas ⁊ naturales. Probat̄ pclusio. q̄ ꝓprie loquendo bestias nō dicimus neq̄ tpatas neq̄ intpatas. sed hoies dicimus tpatos ⁊ intpatos. ergo vera. Maioz pz. quia nulla bestia habet electōem neq̄ p̄t rōcinari. sed est tepe/rata a natura. sicut etiā dicim⁹ de hoib⁹ insanis. q̄ carent vsu rōnis. sed vt dictū est sup̄ tpatus ⁊ intpatus agunt ex electiōe. g̃ tpantia ⁊ intpantia non sunt in bestijs neq̄ etiā in bestialib⁹ hoib⁹ neq̄ etiā circa bestiales concupiscentias vel delectatiōes. Conclusio secūda ⁊ respōsi/

UVA. BHSC. IyR_098_1

ua malicia siue incontinentia bestialis est minus mala q̄ incontinentia siue malicia humana. Probat ph̄s q̄ in bono id quod est optimū: scz intellectus non remanet corruptum ⁊ deprauatū quod remanet in homine malum. sz totaliter ita corruptuz est in eis q̄ nihil remanet de eo igitur Item ꝓbat ph̄us q̄ prauitas eius non habet principium actionis ⁊ innocētior prauitate illius qđ hz principiū opationis sue. s. intellectū ꝑ qđ principiū est dn̄s suarū actionū bestia aūt nō. Ex quo ꝯtingit q̄ bestie min⁹ imputaṫ aliquid ad culpā q̄ hōi igiṫ. Item ꝓbat ph̄s q̄ bestia ꝯpaṫ ad hoīem sicut ꝯpaṫ iiusticia ad hoīem iniustū nā habitus iniusticie ſm ꝓpriam naturam habet inclinationem ad malum. sed homo iniustus habet in sua potestate in bonum ⁊ in malum inclinari. sed homo iniustus est peior iniusticia. igitur. Item probat ph̄s. qz vnus homo malus decies ⁊ millesies potest plura mala facere q̄ bestia. qz ꝑ rōnem suam habet excogitare diuersa mala. ergo malicia humana siue incontinentia peior est malicia bestiali. ⁊ sic de primo Quantum ad secundū

Dubitatur primo

circa primā conclusonē vtrum bestie possint aliquo modo dici tpate Ad dubiū rn̄detur q̄ licet ꝓprie loquendo non dicanṫ temperate vel intpate. dicūtur tamen tpate vel intemperate metaphorice per compationem vnius animalis ad aliud. ꝓut scz vnū genus aīalium differt ab alio in contumelia. in hoc q̄ vnū est magis cōtumeliosuz id est turpiorem ⁊ immundiorez vitam habens q̄ aliud sicut porcus vel ouis. ⁊ sinamoria. i. omnino stulticia in h̄ scz q̄ vnum animal est stultior altero. vt asinus equo Et in hoc q̄ vnum animal est vorax in omnibus. sicut lup⁹. et ideo per comparationē ad animata que supabundant in talibus. alia genera aīalium dicuntur ſm similitudinē tpantia vel prudentia Secundū dubium quare bestialitas terribilior est incontinentia vel malicia humana. vt dicit textus. Ad dubium rn̄detur q̄ causa est. qz terribilior venit ex consuetudine. sed malicia bestialis est min⁹ consueta malicia humana hoc etiaz prouenit ex pte rei facte. quia peiora operatur bestia q̄ homo vt dictum est de animato. Et hec de secundo

Ad rationes

ante oppositū. Ad p̄mā dr̄ q̄ si in bestialitate solū consideraṫ rō bestie est minus mala. q̄ malicia humana. sed si consideretur ipa ratō hominis bestialis sic ipsa est peior quacunqz alia malicia humana. quia vt dictum est decies millesies plura mala p̄t facere homo q̄ bestia.

Ad secundam dicitur q̄ licet bestia sit terribilior homine tamē minus habet de ratione culpe. quia homo malus similiter bestialis malicia seu incontinentia terribilior est. sed minoris culpe est innocentior q̄ incontinentia seu malicia humana. ⁊ ideo si aliqui amantes vel naturaliter bestiales peccant minus puniuntur. Et q̄ dictum est in precedenti questione q̄ ex parte hominis bestialis est maxima malicia. hoc intelligitur de bestialitate per consuetudinem siue ꝑ excrescentē maliciam ⁊ non de bestialitate que est ex perniciosa natura vel ꝑ egritudinem. ⁊ ꝑ idem soluitur tercia ratio

Irca eas autem que per tactum ⁊ gustū delectationes ⁊ tristicias ⁊ ꝯcupiscentias et fugas circa quas ⁊ intemperantia ⁊ temperantia determinata est prius. est quidem sic habere. vt vinci et quibus multi meliores est autem superare. quibus multi minores. Horum autem hic quidem circa delectationes incontinens. hic autem continens. hic autez circa tristicias mollis. hic autem perseuerans intermediū ⁊ plurium habitus. ⁊ si inclinant magis ad deteriores. Quia autem quedam delectationū necessarie sunt. hee autē non ⁊ vsqz ad quid supabūdantie aūt nō neqz defectus. similiter aūt ⁊ circa cōcupiscentias habet ⁊ tristicias supabūdantias q̄dem ꝑsequens delectationē vel ſm supabūdātias vel ꝓpter electionē ⁊ propter ipsas ⁊ nichil propter alterum adueniens intemperatus. Necessarium enim hunc non esse punientē. quare insanibilis deficiens autem oppositus. medius autem temperatus. Similiter autem ⁊ fugiens corporales tristicias non propter vinci sed ꝓpter electionem. non eligentium autem hic quidem ducitur propter delectationem. hic autem propter fugere tristiciam que a concupiscentia. quare ad inuicem differunt.

Queriṫ decimo.

Utrū ꝑseuerātia sit virtus Arguiṫ p̄mo q̄ nō. qz vt dicit textus ꝯtinentia peior est ꝑseuerātia. sed ꝯtinētia est virtus ꝑfecta. sed aliq̄d imꝑfectū in genere virtutis. vt dictū est supra. ergo ꝑseuerātia nō est virtus. Scđo arguiṫ in omni virtute requiriṫ immobiliter ꝑsistere in opere virtutis. vt dr̄ secūdo hui⁹. sz hoc ꝑtinet ad ꝑseuerantiam. vt patet per Tulliuz in sua rethorica dicentem. q̄ perseuerantia est in consideratōe boni considerata stabilis ⁊ perpetua mansio. ergo perseuerantia non est virtus sed conditio omnis virtutis.

Tercio arguitur. omnis virtus moralis est circa aliquas passiones quas ipsa moderat. sed perseuerātia nō importat moderantiā passionum. quia quāto vehementiores sunt passiones tanto aliquis ſm rationem perseuerans est laudabilior. ergo perseuerantia non est virt⁹ moralis In oppositum arguitur. quia ſm andionicuz Perseuerantia est habitus eorum quibus imitandum est. sed habitus ordinans nos ad benefaciendum est virtus. ergo. Primo videbitur de quesito. secundo erūt dubia. Quantum ad primum.

UVA. BHSC. IyR_098_1

Sciendum primo

Q; postq; phs ostēdit materiā ptinētie t incontinentie simplr dicte. hic psequēter parat eas ad alia cōicātia cū eis in materia. Et p̄mo ad pseuerantiā t mollē t tpatū et intpatum. p quos soluit tercia dubitatio supius mota cōtra quartū notabile. Et deinde ostēdit q; intpat⁹ est peior incōtinēte soluēdo q̄ntā dubitatiōem superius mo tam tanq; p̄mū, pbabile. Et adhuc distinguit ptinentiā et incōtinētiā a tpantia t intpantia. a pseuerantia t mol licie. Et deinde parat ipsas fm bonitatē t malicias. de quo videbit in sequēti q̄stione. Primo adhuc distinguit ptinentiam t incōtinentiaz a pseuerātia t mollicie. de q̄ videbit in p̄mo articulo. Scdo distinguit vtrasq; a tem perātia t intpantia. de q̄ videbit in secūdo articulo.

Sciendū scdo. q; pseuerātia duplicit p̄t accipi. Uno mō, p habitu quo aliq; pseuerat in his in quib; difficilli mū est diu sustinere ea que sunt mala. vtputa vt sunt pe ricula mortis vel potius mala opposita delectatiōibus tactus diu sustinentur. sed vt frequētius cito transiunt. ideo respectu eoz nō est p̄cipua laus pseuerātie. sed ma la opposita delectatiōib; tactus diu sustinenť. q; ipsa at tendūtur circa necessaria vite. t circa defectū t alioz hu iusmodi. Alio mō capit pseuerātia, p habitu quo in quo cūq; bono difficili aliq; diu psistit hic p̄t puenire psequē ti virtutē pfectā. cui etiā t si psistere sit minus difficile. p; sistit tn̄ in dono magis pfecto. t ideo tūc pseuerantia p̄t esse virtus. q; pfectio ptutis magis attendit fm rōnem boni q̄m fm rōnem difficilis. Tūc sit

Conclusio prima

Licet pseuerātia p̄mo mō accepta nō sit virtus pfecta. sed q̄dā impfectū in genere virtutis tn̄ pseuerātia secū do mō accepta est virtus spēalis. ad quā ptinet in opib; virtuosis diuturnitatez sustinere. Prima pars, pbat. q; non est difficile sustinere mala opposita delectationibus tactus illi q̄ in ipsis nō multū tristat. nec in oppositis bo nis multū delectat. sed maxime difficile est hoc illi q̄ ma xime circa hec afficitur. qui scz nō hz pfectā virtutē imo dificantē has passiones. q̄ perseuerātia hoc mō accepta nō est virtus pfecta. Ex quo pz q; pseuerantia vt hic su mitur nō est p̄tus pfecta. q; isto p̄mo mō sumitur a phō Et p hoc soluit p̄ma rō ante oppositū. Scda ps cōclusio nis, pbat. q; dictū est secūdo huius q; virtus est circa dif ficile t bonū. ergo vbi occurrit spēalis rō difficultatis t boni ibi est spēalis virtus. sed opus virtutis hz difficul tatē t bonitatē ex diuturnitate tpis. t p hoc scz q; diu p sistit in aliquo bono vsq; ad p̄summatōem. hoc aūt pti net ad pseuerantiā. igit̄ ꝛc

Conclusio scda ptinētia t incōtinētia pueniūt t diffe rūt cū pserantia t mollicie, pbat phs. Et p̄mo q; pueni ant inter se. q; sunt circa eandē materiā. scz circa delecta tiones t tristicias. cōcupiscentias t fugas. gustus t tac tus. Scdo pueniūt q̄tū ad modū se habēdi circa passio nes. q; ptingit quosdā sic se habere circa p̄dictas passio nes vt vincanť a talib; passionib; q̄s tn̄ multi vincūt. cō tingit etiā q; aliqui superāt tales passiones a quib; etiaz multi superanť. Q; aūt differāt inter se patz. q; qui supe rant t superātur circa delectationes gustus t tactus st; ptinentes t incōtinētes. st; qui superatur circa tristicias ptrarias 9; mollis. Superās aūt circa illas tristicias 9; pseuerās. et vt dicit textus. p̄dicti habit⁹ p̄t esse medij inter plura. cuius cā est. q; diuersi sunt gradus delectati onū t tristiciaz. hominū q; eas superāt t ab eis superant sed illi habitus (q; sonāt in malū) declinant in deteriores Nam magis dicūtur incōtinētes vel molles. q; minozi bus delectatiōib; vel tristicijs vincūtur Sed boni habi tus magis inclināt ad meliores vt magis dicanť ptinēn tes. q; pseuerās q; maiores delectationes vel tristicias su perant. Ex dictis pz q; ptinētia est ꝓprie circa delectatiō nes. t pseuerātia circa tristicias. t q; ille (qui faciliter vin cit a delectatōib;) vocat incōtinens. sed q; tristicijs facilit vincit vocat mollis. sed qui supat delectationes vocat cō tinens. qui aūt superat tristicias vocat pseuerans. et hec de p̄mo. Quārum ad secūdum.

Dubitatur primo

Circa textū qūo differūt ptinētia t incōtinētia. pseuerā tia t mollicies. a tpantia t intpantia Et arguit q; hic nō debeat poni illa differentia. q; supius a phō posita est dif ferentia inter incōtinētē t intpatū. t etiā ptinētis t tpati igit̄. Pro dubio nota textū q; delectationū q̄daz sunt necārie. sicut ꝺimētoz spēs. q̄ quidem delectatōes necessē sunt vsq; ad aliquē terminū. naz est aliq; mensura cibi et potus necāria. sed suphabūdātia t defectus nō sunt ne cessarij. Et sic̄ est circa ꝓcupiscētias t tristicias. Rūdet igit̄ ad dubiū q; ille est intpatus q; ex ꝓposito psequit sup habūdātias delectationū p̄dictaz. vel suphabūdāter cō cupiscit eas. vel etiā q̄rit eas ex electiōe ꝓpter ipsas t nō ꝓpter aliquid aliud. nam habet ipsas q̄si finem neq; peni tet intpatus de delectatōib; quesitis. q; imobiliter inhē ret illi q̄d ex ꝓposito q̄siuit. Ex quo seq̄tur q; intpatus nō potest curari a vicio. q; nullus a vicio suo curat nisi p dis plicentiā. q; virtus t vicij in volūtate ꝓsistūt. t sicut in temperatus suphabūdat in querendo delectatōes. ita in sensibilis (qui ei opponit) deficit in eisdem. sed qui me dio modo se hz 9; tēperatus. sed incōtinēs t mollis non peccat ex electiōe inter quos ptinēs ducit ex vi delecta tionis. sed mollis ducit ex meroze tristicie q̄ sequit ex con cupiscentia. inq̄tum q̄s p̄uat re ꝓcupita. Ad rōnem dubij dicit q; supius phus determinādo materiā ptinē tie ne erroz surriperet ex incidenti tetigit differentiā in temperati t incōtinētis. sed ipsam differentiā hic ex p̄n cipali intentione, pseq̄tur.

Secūdo dubitat. sub qua virtute p̄ncipali ptinet pse uerantia, put ponit virtus pfecta. Et videt q; ponatur sub tēperantia tanq; pars eius. q; vt dicit textus ipsa p; seuerātia est circa tristicias tactus. sed hoc ptinet ad tē perantiā. oppositū tn̄ dicit tullius ponēs pseuerātiā ptez fortitudinis. Ad dubiū respondet q; pseuerātia adūgit fortitudini sicut virtus scōaria principali. Cuius rō est q; fortitudo dicit p̄ncipalis virtus. q; rem seruat in eis in quib; est difficillime psistere. scz in periculis mortis. et ex hoc laudat fortitudo. sed sustinere difficultatē pueniē tem ex diuturnitate boni operis dat laudē pseuerantie. et hoc non est ita difficile sicut sustinere pericula mortis.

Ad rōnem dubij 9; q; annexio virtutis secūdarie ad principalē. nō solū attendit fm naturam. sed magis fm modū. q; forma potior est materia. ideo licet pseuerantia magis videatur puenire in materia cuz temperantia q̄; fortitudine. ideo q; in modo magis conuenit cū fortitu

UVA. BHSC. IyR_098_1

dine inquantū seruat firmitatē cōtra difficultatē diuturnitatis. ⁊ ꝑm h̄ magꝭ ponit ꝑs fortitudis. ⁊ sic de scdo.

Ad rationes Ante oppositum Ad primam patet solutio ex dictis Ad secundam dicitur ꝙ virtuti conuenit aliq̄d dupliciter Uno modo ex propria intentione finis. et illo modo diu persistere vsq; in finem in bono pertinet ad specialem virtutem que dicitur perseuerantia que in hac intendit sicut specialem finem Alio modo ex comparatione habitus ad subiectum. ⁊ sic immobiliter persistere consequitur quamlibet virtutem inquantum est qualitas de difficili mobilis. Ad terciam dicitur ꝙ perseuerantia de qua loquimur hic non moderat aliquas passiones. sed consistit solum in quadam firmitate rationis ⁊ voluntatis. sed perseuerātia que est virtus moderat aliquas passiones. scilicet timorem fatigationis aut defectus propter diuturnitatem. ⁊ ideo hec virtus ponitur in irascibili. sicut et fortitudo.

Omnino autem vtiq; videbitur deterior esse. si quis nō concupiscens vel quiete operat̄ q̄d turpe q̄ꝫ si vehementer concupiscēs ⁊ si nō iratus percutit q̄ꝫ si iratus q̄d em̄ vtiq; faceret in passione existens ꝓpter quod intemperatꝰ deterior incōtinente dictoꝝ quod hec utiq; molliciei spēs. magis aūt hic intemꝑatus Apponitur aūt incontinenti q̄dem continens. molli aūt perseueratiuus: Perseuerare q̄dem em̄ est in eo quod est cōtra tenere. Continentia autē in eo quod est suꝑare. quēadmodū ⁊ non vincicius qd̄ est vincere. propter quod ⁊ eligibilius continentia ꝑseuerantia est. Deficiens autē ad que multi ⁊ contra tendunt ⁊ possunt iste mollis. ⁊ delicatus etem̄ delicia mollicies quedaꝫ est q̄ trahit vestimentum vt non laboret ꝑm eā que eleuare tristiciam vel ⁊ imitans laborantem nō existimatur miser esse. misero similis existens siliter aūt habet ⁊ circa continentiam et incontinentiā. Non em̄ si q̄s a fortibus ⁊ suꝑexcellentibꝫ delectationibus vincit̄ vel tristiciis Admirabile sed cōdonabile si contratendens quēadmodū theodecti philocletes a vipera ꝑcussus vel a kerkino in alapekerkion. ⁊ quēadmodū continere temptātes risum repēte effundūt quale coaccidit cenophando. Sꝫ si q̄s ad quas multi possunt abstinere ab his vincitur et nō potest contendere non propter naturam generis vel propter egritudinem. puta insitarum regibꝫ mollicies propter genus ⁊ vt femineū ad masculinum distat. Uidet̄ em̄ et lusiuꝰ intēperatus esse. est aūt mollis lusus em̄ remissio est. siquidē igit̄ quies. ad hāc autē superhabūdātiā est lusiuus. Incōtinētie autē hoc q̄dem ꝑuolatio. hoc aūt debilitas. Hij q̄dem em̄ ꝯsiliantes nō immanēt quibꝫ consiliati sunt ꝓpter passionem. hij aūt propter non ꝯsiliari dicūtur a passione. Quidā em̄ quēadmodū ꝑtitilantes nō titilantur. sic ⁊ ꝑsentiētes et ꝑscientes ⁊ ꝑsuscitantes seipsos ⁊ rōcinationē nō vincūtur a passione. neqꝫ si delectabilis sit. neqꝫ si tristis. Maxime aūt acuti ⁊ melancolici ꝑm effrenatā incōtinētiā sunt incōtinentes. hij q̄dem em̄ propter velocitatem. hij autem propter vehementiā nō expectant rōnem propter sequentes esse fantasie.

Querit̄ vndecimo. Utꝝ mollicies opponat̄ ꝑseuerātie Arguit̄ ꝑmo ꝙ nō. qꝛ molles dicūtur hoīes muliebria patiētes. sed hoc opponit̄ castitati. ergo mollicies nō opponit̄ ꝑseuerātie. Secūdo sic. delicia ē q̄dam mollicies. vt dicit textus. sed esse deliciosum pertinet ad intēperantiā ergo mollicies magis opponit̄ temperantie q̄ꝫ ꝑseuerantie Tercio sic. lusiuus est mollis vt etiā dicit textus. sed esse inordinate lusiuū opponit̄ eutrapelie. que virtus est circa ludos. vt dictū est in quarto. ergo mollicies non opponit̄ perseuerantie In oppositum est philosophus dicens molliciei opponitur perseuerātia Primo videbitur de quesito. secūdo erūt dubia. Quātum ad primū

Sciendum primo

Qꝫ postq̄ꝫ ph̄us distinxit continentiā ⁊ incōtinētiā a tēperantia ⁊ intemperantia. ⁊ etiā a perseuerantia ⁊ mollicie. Hic ꝯsequēter ꝯparat predictos habitus ꝑm bonitatem ⁊ maliciam. et ꝑmo ꝯparat incōtinentē ⁊ mollem intemperato. secūdo incōtinentē molli.

Sciendū secundo ꝙ vt dicit textus. intemperatus est deterior incōtinente ⁊ etiā peior q̄ꝫ mollis. sed incōtinentia est melior q̄ꝫ ꝑseuerātia ꝗ mollicies est peior q̄ꝫ incōtinentia. Minor patet. quia deterior est qui operatur turpe non ꝯcupiscens q̄ꝫ ille qui operatur ꝯcupiscēs vehementer. sicut deterior est qui percutit nō iratus q̄ꝫ q̄ ꝑcutit iratus. qd̄ em̄ faceret passione superueniēte qui absq; passione peccat Sed intemperatus non vincitur ex pas-

UVA. BHSC. IyR_098_1

sione. sed ex electiõe peccat. incontinẽs aũt a ꝓtinẽtia vincitur. ergo intemperatus deterior est incõtinẽte. Secunda pars ꝓbatur. quia ad molliciem pertinet vinci rõne ſcz fugę tristicie. Sed ad intẽperatum pertinet ex electõe peccare. ergo deterior est tẽperatus ꝙ̃ mollis Tercia ps patet. quia ꝓseuerans dicitur ꝙ tenet se ꝓtra aliquid impellẽs. z cõtinẽs dicitur ex eo ꝙ idẽ est supare. nam quod ꝓtinemus in nostra potestate habemus quod est vitãdũ qz delectatões ſtz refrenãde vel cohibẽde. ſz contra tristicias est standum. ergo perseuerans ad incontinẽtem cõparatur in nõ vinci. ergo melior est ꝓtinẽtia ꝙ̃ ꝓseuerantia. Quarta pars patz. qz licz mollicies z incõtinẽtia cõsistunt in hoc ꝙ est vinci. tamẽ incõtinẽs vincit a fortiore passione ꝙ̃ mollis. Tunc sit

Conclusio prima

Et responsiua. Mollicies opponitur ꝓseuerantie. Probatur ꝛclusio. quia laus perseuerantie consistit in hoc ꝙ non receditur a bono propter diuturnam tollerantiam difficilium z laboriosorum. Sed huic opponitur hoc qõd de facili receditur a bono propter aliqua difficillima que sustinere nõ possunt. sed hoc pertinet ad rationẽ mollicie. Nam molle dicitur quod facile cedit tangenti. nam nõ iudicatur aliquid molle ex hoc quod cedit fortiter alicui impellenti. sicut paries cedit percutienti. z ideo nõ reputatur aliquis mollis si cadat ab aliquibus valde graui̇ter impellentibus

Secunda conclusio. pertinacia opponitur perseuerãtie. sicut extremũ superabundans. Probatur conclusio quia sicut dicit Ysydorus in libro ethimologiarum pertinax est qui in proposito suo ad victoriam perseuerat. Et tunc dicitur vincia quod idem est ꝙ victoria. Et hos homines vocat philosophus pertinaces fortis sententie vl̃ proprie sententie. quia ſcz perseuerant in sua sentẽtia pluſ ꝙ̃ oportet. ergo perseuerantia laudatur sicut in medio existens z pertinax vituperatur sicut extremum fm excessum a medio et perseuerantie opponitur. mollis vero vituperatur fm defectum a medio. Et tantum de primo. Quantum ad secundum.

Dubitatur primo.

Qualiter se habeat delicia ad molliciem. Ad dubiũ respondet textus. ꝙ delicia est quedam ſpecies molliciei Nam mollicies refugit inordinate omnem tristiciam. Sz delicia proprie refugit tristiciã laboris. ille enim qui trahit vestimentum suum per lutum vt nõ laboret se tingendo quod pertinet ad delicatum vincitur fm illam tristiciam quam reputarz sibi euenire si leuaret vestimentũ et licet imitetur laborantem in hoc ꝙ vestimentum trahit. z per hoc non videatur esse miser. tamen habet similitudinem cum misero inquantum fugiens laborem sustinet laborẽ. Et simile est de continẽtia z incontinẽtia. naz non est mirabile si quis vincatur a fortibus z superexcellentibus delectationibus z tristicijs. nec propter hoc debeat dici incontinẽs vl̃ mollis. sed magis ei cõdonatur. si tamẽ nitatur resistere z nõ statim cedat. dat exẽplum de phylocreto de quo narrat Theodoci⁹ poeta dũ ꝓcussus a vipra graue dolorem pateret. nitebat tamẽ ꝓtinere plãctum. ſz nõ potuit. z est ſile de quadam muliere a quodaz hoie karkino ꝓcussa vt dr phs. Sile de his ꝙ se tenere a risu volũt z tñ vincunt vt repente z diffuse rideãt vt accidit senophãto. Sed tũc dr incõtinens cũ vincit a talibus delectationib⁹ z tristicijs cõtra quas multi pñt sed tñ nõ resistũt hmõi delectationib⁹ z tristicijs ꝓpter naturam generis ex quo sibi est graue est qõd alijs est leue vel ꝓpter egritudinẽ Aliqua ꝓuenit ex aliq̃ consuetudine sicut mollicies ꝓpter naturã generis inuenit in legib⁹ sitarũ ꝙ delicate nutriti sunt nõ pñt labores z tristicias ferre Et sicut est defectus ꝙ opationẽ ad masculos ꝓpter infirmitatẽ nature quia alicui posset videri. ꝙ lusiuus ꝙ minus amat ludere sit ꝛpatus eo ꝙ in ludo est quedã delectatõ ideo ꝑter excludit phs hoc dicens ꝙ lusiuus est magis mollis. qz ludus est quedam quies z remissio animi quã supabundanter querit lusiuus Sz mollis est fugere difficultates z labores. ergo lusiuus ꝓtinetur sub molle

Secundũ dubium est de ſpecieb⁹ ꝓtinentie quot sint. Ad dubium rñdetur cũ textu ꝙ sunt due ſcz preuolatio et debilitas. debilitas habet fieri in incõtinentibus qñ ſuperueniente concupiſcentia cõſiliantur. Sed nõ permanent in consiliatis ꝓpter passionem a qua vincunt. Sed preuolatio habet fieri qñ incontinens vincitur a passione eo ꝙ non consiliatur. sed statim concupiſcentia ſupueniente eam ꝓsequitur. Vnde tales dicuntur preuolantes q̃ ꝓpter suam velocitatem anticipant consilium. Nam ſi consilia consiliarentur non vincerentur a passione sicut enim quidam prius titillant seipsos et non mouentur ab alijs tamen titillant Sic illi qui presciunt motum concupiſcẽtie et presciunt quid sit illud in quod concupiſcentia inclinat prouocant seipsos per ratiotinationem suam ad resiſtendum concupiſcentie. et propter hoc non vincuntur a passione sicut incontinens neq̃ a passiõe tristicie sicut mollis. Et vt dicit textus hec incontinentia que dicitur preuolatio maxime conuenit acutis. id est colericis. quia tales non expectant rationem consiliantem. sed sequuntur preuiaz fantasiam concupiſcentie Colericis scilicet propter velocitatem motus colere. Et melancolicis propter vehementiam motus melancolie accense cuius impetuz non de facili potest homo scire. nam terra accensa vehementius ardet. econtra sanguinei z fleumatici habent incontinentiam debilitatis propter humiditatem complexionis que non est fortis ad resistendum impetui passionis. et hec de ſcõa

Ad rationes

Ante oppoſitũ Ad primã dr ꝙ mollicies capitur dupl̃r. Vno modo ex cõſuetudine. Nã cuz aliquis consuetus est delectationib⁹ alicubus difficilius se pt abere abſtinẽtia sustinere Alio mõ ex naturali diſpõne ꝓpter qnã alicui⁹ animus est minus constãs z sic vt dcm est ꝓpanꝫ fere ad masculos. Et iõ illi ꝙ muliebria patiũtur molles dicunt quasi muliebres effecti Ad ſcdam dr ꝙ voluptati corpali opponit labor Et iõ res laboriose impediunt voluptates delicioſi aũt dicunt ꝙ non pñt sustinere aliquos labores ne aliq̃d a voluptate diminuaꝫ z iõ delicia quedam mollicies est. Sed mollicies respicit defectum delectationis. Delicia aũt causam impeditiuã delectationis puta laborem vel aliquid huiuſmõi. Ad terciam dr ꝙ in ludo duo conſideranda sunt. ſcz inordinatio et ꝙ̃tũ ad hoc inordinate lusiuus opponitur eutropolo. Aliud est ipsa remissio ſiue quies que opponitur labori. z ideo sicut non posse sustinere laboriosa ꝓtinet ad molliciem ita ad eandẽ etiam ꝓtinet nimis appetere remissionem ludi vel ꝙ̃cunq̃ aliam quietẽ

UVA. BHSC. IyR_098_1

Staũt intpatus q̃dẽ quẽadmodũ dic/
tũ est nõ penitiuus. immanet em̃ electio
ni. Incõtinẽs aũt penitiuus oĩs ꝓpter qõ non
quẽadmodũ dubitamus sic z hz. sic igit̃ hic q̃
dem insanabilis. hic aũt sanabilis. Assimilat̃
aũt malicia egritudini velut ydropi z ptisi. In
ꝓtinẽtia aũt epileticis. hec quidem em̃ ꝓtinua
hec aũt nõ ꝓtinua malicia. Et oĩno aũt alterũ
genus incõtinẽtie z malicie. malicia q̃dẽ em̃ la
tet. incõtinẽtia aũt nõ latet. Ipsoꝝ aũt hoꝝ me
liores excessiui q̃ꝫ rõem hñtes q̃dem nõ imma
nẽtes aũt a minori em̃ passiõe vincunt̃ z nõ im
ꝓconsiliatiui quẽadmodũ alteri silis em̃ incõti
nẽs velociter inebriatis z a pauco vino z mino
ri q̃ꝫ vt multi. Qm̃ quidẽ igit̃ malicia incõnti/
nẽtia nõ est manifestũ. sed quo forte hoc q̃dem
est ꝓpter electõem. hoc aũt est ꝑ electõem est
Insup z silr quidẽ ꝑ actões quẽadmodũ qõ
demodoki ad milesios. milesij em̃ stulti q̃dem
em̃ nõ sunt. opantur aũt q̃lia q̃dem stulti z in/
ꝓtinẽtes. iniusti quidẽ nõ sunt. iniusta aũt faci
unt. Quia aũt hic quidẽ talis q̃lia nõ ꝓpter
suasuz esse ꝙsequi eas que ꝑ supabundãtiam
z ꝓter rectam rõem corporales delectatiões
hic aũt ꝙsuasus est ꝓpter talẽ esse qualẽ ꝙsecq̃ ip
sas. ille quidẽ igit̃ facile transgredibil̃. iste ãt nõ
virtus em̃ z malicia ꝓncipiuz. hec quidẽ corrũ
pit. hec aũt saluat. In actiõibꝫ aũt q̃ cuĩ grã
ꝓncipiũ quẽadmodũ in mathematicis suppo
sitiões neq̃ vtiq̃ illic ratio edoctrina ꝓncipio
rũ neq̃ hic. sed ꝯtus vel naturalis. vel assuefa
ctiua eius qõ est recte opinari ꝓncipiũ tpat̃ q̃
dẽ igit̃ talis. intpatus aũt ꝓtrar̃. Est ãt aliq̃s
ꝓpter passionẽ excessiuꝫ ꝓter rcãm rõem quem
ꝓpter q̃dẽ nõ agere ꝑ rectã rõem supat passio
vt aũt sit talis q̃lis ꝙsuasum hz ꝙsequi impro/
bibite oportere tales delectatões non superat
Iste autez incontinens melior intemperato z
neq̃ prauus simpliciter saluatur enim opti/
mum principium alius autem contrarius im/
mansiuus z non excessiuus propter passionez
Manifestum vtiq̃ ex hoc qm̃ hic quidem stu
diosus habitus. hic autem prauus

Queritur duodecimo. Utrum intemperatus sit peior incontinente Arguitur primo q̃ non. quia tanto magis aliquis peccat q̃ꝫ to contra suã ꝓsciam magis agit. sed incõtinens magis agit contra suam ꝓsciam q̃ꝫ intpatus. quia vt dictum est supra q̃ continens sciens prava esse que cõcupiscit nihilo minus agit ipsa ꝓpter passionem. sed intpatus iudicat ea que agit esse bona. igitur Secundo arguitur incontinentia est insanabilior intemperantia. ergo incontinens est peior intemperato Añs patet. qz peccatũ sanatur p amonitionem z correctionẽ. sed ista nihil conferunt incontinenti qui scit se male agere z nihilominus male agit. Sed intemperato valet monitio. quia sibi videtur q̃ bene agat

Tercio arguitur incontinens ex maiori libidine peccat q̃ꝫ intemperatus Añs patet. qz incontinens habet vehementes cõcupiscentias quas nõ habet ꝙ intemperatus. q̃ incontinens magis peccat q̃ꝫ intpatus In oppositũ est ꝓbus in textu Primo videbit̃ de questione Secundo erunt dubia Quantũ ad primũ.

Sciendum primo

Qz̃ post q̃ꝫ ꝓbs ostendit dr̃ãm incõtinentis z intempati Cõsequẽter ostendit q̃s eoꝝ sit peior p qõ soluit̃ quinta dubitatio supius mota cõtra primũ probabile: Et licz supius oñderit ꝓbs q̃ intemperatus peior est incõtinente. hoc tñ fecit breuiter et ex incidenti Sed hic oñdit idez p fectius z ex pncipali intentione pro declaratione breuiorum que in hac questione sunt videnda Sciendũ est secundo. q̃ peccatum pcipue in volũtate consistit. nam voluntas est qua peccatur z recte viuitur. Et ideo vbi est alia inclinatio voluntatis ad peccandũ ibi ẽ Gui⁹ pterm: s in incõtinẽte volũtas inclinat̃ ad peccandũ ex aliq̃ passiõe. Et qz passio cito transit z habitus est qualitas de difficili mobil̃a subiecto inde est q̃ continẽs statim peniteret transeunte passione Quod non accidit de intemperato qui potius gaudet se peccasse eo q̃ opatio peccati est sibi facta equalis ꝑ habitum ideo de ipsis dicitur q̃ delectantur cum male fecerint z exultant in rebus pessimis Ex quo sequitur

Conclusio prima

Et responsiua. intemperatus est peior incontinente. Probat ꝓbus tripliciter Prima ratio est. quia intemperatus non penitet cum peccauit. quia peccat ex electione in qua est ꝓtinaz eo q̃ elegit delectatõem tanq̃ finem. Sed incontinens statim peniteret cessante passione. qua vincebatur. ergo conclusio vera: Ex quo patet q̃ intpatus est insanabilis. incontinens vero est sanabilis vel intemperatus est peior incontinente sicut morbus corporalis incurabilis alio deterior est Secunda ratio continuz malum peius est non continuo. Sed intemperantia est continua cum habeat habitum p manentem per quem eligit mala. Incontinentia autez est non cõtinua: qz incõtines

UVA. BHSC. IyR_098_1

mouetur ad peccādum propter passionem que cito transit. ergo ꝛc. Et propter hoc dicit textus. q̄ intemperati assimilātur egritudini. propter quod cōtinue insunt hominī. sicut ſ̄ hydropisis ꝛ phthisis. Sed incōtinētie assimilantur egritudinibus que nō continue vadunt sicut epylentie. Tercia ratio. malum latens est periculosius et insanabilius nō latente. Sed intemperantia latet eum cui ineſt qui capitur est decept⁹ vt estimet bonum illud quod facit. incontinentia autem non latet eum cui ineſt. Scit enim incontinens per rationem malum esse id q̄ operatur ex passione. ergo intemperantia est peior incontinentia. Conclusio secunda. inter incontinētes peiores sunt debiles q̄ excessiui siue preuolantes. Probat philosophus duabus rationibus. Prima est. quia debiles vincuntur a minore passione excedente vel ſm velocitatem vel ſm vehementiam. ergo sunt peiores preuolātibus. Et per hanc etiam rationem posset probari q̄ intemperatus est peior incontinente. Secunda ratio. debiles non sunt inpreconsiliati sicut sunt preuolantes. ergo sunt peiores preuolantibus. Et ponit philosophus exemplum quoddam q̄ debilis incontinens similis est illi qui faciliter ꝛ velociter inebriatur paruo vino. ꝛ minori q̄ multi. Et sicut isti prius sunt dispositi ſm corpus. ita debiles. quia minori passione vincuntur sunt peiores ſm animam. Et hec de primo articulo

Quantum ad secūdum.

Dubitatur primo.

Quot modis conueniunt incontinēs ꝛ intemperatus. Respondet textus q̄ conueniunt dupliciter Primo quia incontinētia etsi notat maliciam simpliciter. est tamē minus ſm quid. ꝛ ideo dictum est q̄ est malicia non continentia. Q; autem incontinentia notat maliciam simpliciter patet. quia incontinentia peccat preter electionem malicia autem peccat cum electione. Secunda conuenientia incontinētie ꝛ intemperātie est in actione. sicut q̄dam censor populi dixit ad millesios reprehendens eos. milleſij non sunt stulti. sed operantur similia opera operibus ſtultorum. Similiter etiam incontinentes non sunt mali vel iniuſti vel intemperati. sed faciunt opera mala et iniusta.

Secundum dubium. quare intemperatus non penitet sicut incontinens. Respondetur primo in textu. q̄ incontines prosequitur superabundanter corporales delectationes nō quasi dispositus vt sit ei persuasum q̄ tales sint bone. intemperatus est persuasus ad tales delectationes eligendas. ꝛ propter hoc dispositionem quam habet ex habitu ꝛ incontinēs faciliter recedit a sua credulitate passione cessante. quia nō sequitur delectationes ex sua passione aut ex habituali dispositione. sed totum per passionem. Sed intemperatus nō de facili recedit a sua credulitate. quia sequitur delectationes ex habituali dispositione. Cuius rationem assignat philosophus in textu. quia virtus et malicia respiciunt principium operabilium q̄ malicia corrumpit ꝛ virtus saluat. Sed principium in actionibus est finis. qui ita se habet in agibilibus sicut ꝑncipia prima in demonſtrabilibus mathematicis. Ille igitur qui habet rectam estimationem de fine circa delectationes est temperatus. ꝛ ille qui habet contrariam estimationem propter habitum malicie est intemperat⁹. sed ille qui errat circa principia non potest de facili reuocari ab errore. Et ideo intemperatus non penitet niſi forte ſm quod per longam consuetudinem contrariam tollatur causatiū erroris. Q; autem incontinens sit penitens ostendit philosophus. quia ipse cessante passione remanet in certa estimatione finis. Et ideo non est prauus ſimpliciter. quia remanet in eo oppositum principium scilicet certa estimatio finis Sed solum est prauus ſm quid inquantum in aliquo particulari estimat operandum eē preter rationem rectam. Continens autem est contrarius incontinenti. quia permanet in ratione et nullo modo excedit eam propter passionem etiam quantum ageret Ex quo patet q̄ est bonus habitus qui permanet in ratione. Sed incontinens est prauus. quia recedit a ratione in agendo. et hoc erat primum probabile quod nūc concludit solum quinta queſtione que circa hoc proponebatur.

Ad rationes

Ante oppositum Ad primā dicitur q̄ ignorātia intellectus quandoq; precedit inclinationem appetitus ꝛ causat eam et sic quanto maior est ignorantia tanto plus diminit peccatum vel totaliter excusat inquantū causat inuoluntarium. Alio modo ignorantia rationis sequitur inclinationem appetitus et quanto maior est talis ignorantia tanto grauius est peccatum. Ignorantia autem taz incontinentis q̄ intemperati prouenit ex hoc q̄ appetitus inclinantur in aliquid siue per passionem siue per habitum. Maior autem ignorantia causatur in intemperato q̄ in incontinente. quia in incontinente durat illa ignorātia durante passione. scilicet accensio febris terciane durat durante coniunctione humorum. Ignorantia autem temperantie durat assidue propter permanētiam habitus. ergo etiam non est maior ignorantia intēperati quantum ad id quod ignoratur. scilicet quantuz ad ipsum finem vt declaratum est in secunda dubitatōe

Ad secundam dicitur. q̄ ad sanationem incontinentis non sufficit sola cognitio. sed adhibetur exterius remedium ammonitionis et correctionis. Ex quibus aliquis incipit concupiscentie resistere. Et eodem modo potest sanari intemperatus. Sed difficilior est eius sanatio propter duo. Primo quia in eo corrupta est ratio recta circa estimationem vltimi finis qui se habet sicut principium vt dictum est. Secundo propter inclinationem appetitus que est in intemperato ex habitu qui difficiliter tollitur. Inclinatio aūt incontinentis est ex passione que faciliter tollitur. Ad terciam dicitur q̄ libido voluntatis que auget peccatum maior est in intemperato q̄z in incōtinente. Sed libido concupiscentie appetitus sensitiui q̄ſ q̄ maior est in incontinente. quia incontinens non peccat niſi a graui concupiscentia. Sed intempatus etiam ex lui concupiscentia peccat

Trum igitur contingens est qui qualicunqz rationi ꝛ qualicunqz electioni immanet vel q̄ recte ꝛ incontinens autem qui qualicunqz nō immanet rationi ꝛ electioni qualicūqz vel q̄ falserōni et electioni nō recte. quemadmodum dubitatum est prius

UVA. BHSC. IyR_098_1

Vel ſm accidens qui qualicunq; ſm ſeipſum autem qui vere rationi ⁊ recte electioni. hic q̄/dem immanet. hic autem nō immanet Si em̄ quis propter hoc eligit vel proſequitur ſm hoc quidem eligit ⁊ proſequitur ſm accidens au/tem quod prius. ſimplr aūt dicimus quod ſm ſeipm. Quare eſt quidem vt qualicūq; opinio/ni. hic quidez immanet. hic autem excedit. ſim/pliciter autem qui vere.

Queritur Decimotercio. Vtrum incon/tinens ſit immanſiuus qualiter/cūq; rationi ⁊ electioni vel ſolum rationi recte ⁊ incontinēs egreſſiuus a quacunq; ratione. aut ſolum a ratiōe recta Arguitur primo q̄ continens ſit immanſiuus q̄/licūq; rationi. quia qui facit contra cōſciētiam edificat ad iehennam. ergo obligamur cuicūq; rationi immanere. ſz obligatio ad immanēdum ratōi debetur continētie. igit. Et confirmatur. quia continēs ſuperat paſſionem propter fortitudinem rationis. ſed nō nimis fortiter immanet mus rationi falſe (que videtur vera) ꝯ vere. ergo conti/nēs eſt cuicūq; rationi immanſiuus. ⁊ incontinēs reſiſtit paſſionibus propter ſciētiā. ergo ſiue illa ſit recta ſiue non recta debet ſe tenere reſiſtendo paſſioni. Et cum etiam in/contines deuiet a ratione propter paſſionem aduenientez ſiue illa paſſio ſit inclinās in contrarium recte ſcientie ſi/ue nō. recte inſequitur eam. ergo cōtinens eſt immanſi/uus omni rationi. Secūdo arguitur. quis immanet ratōi propter veritatem. ſed tāta videt veritas in appa/rere ſ̄o ꝯta in vero ſimplr. ergo equalr ipſe incōtinēs im/manet omi rationi. In oppoſitum eſt phs. ṗmo vide/bitur de queſito. ſcdo erunt dubia.

Sciendum primo

Q̄ poſtq̄ phs ſoluit dubitatōem per quam ſcitur. an ſcz continētia ⁊ incōtinentia ſint. Et etiam ſoluit materi/am circa quam ſunt. Conſequēter ſoluit ⁊ terminat du/bitationem per quam ſcitur que ſunt incōtinentia Et pri/mo oſtendit vtrum ꝯtinens ſit immanſiuus cuicūq; ra/tioni ⁊ incōtinēs a qualibz egreſſiuus. per quod ſoluitur quarta dubitatio ſuperius poſita circa ſecūdum proba/bile. Et deinde oſtendit. vtrum prudens poſſit eſſe incō/tinens. per quod ſoluitur ſecūda dubitatio mota circa q̄n/tum probabile.

Sciendum ſecūdo. q̄ ꝯtinens immanet ratiōi propter bonum ratōis ⁊ veritatis. Eſt em̄ commune omi vir/tuti inclinare ad bonum ratōis ſm ſe ⁊ nō propter alte/rum. ideo oſtēdit philoſophus quomodo ꝯtinētia ſe ha/beat ad propriam ratiōem que accipitur ſm hoc quod ē immanere rationi. ⁊ etiam oſtēdit quomodo ſe habet vi/ta ad ratiōem ꝯmunem virtutis que conſiſtit in hoc q̄ eſt eſſe in medio. Et adhuc primo oſtendit cui ratōi cōti/nēs laudabiliter immanet ⁊ a qua incōtinēs vituperabi/liter egreditur. Scōo oſtēdit q̄o aliqui vituperabilr ra/tioni immanēt. Et tercio oſtēdit q̄o aliqui laudabiliter a ratione egrediuntur. Tunc ſit.

Conclusio prima

Amicicia secōdo modo accepta est virtus moralis. Probatur cōclusio. q̄ circa has passiōes que dicunt amicicia et odiū ꝓtingit superabundare et deficere et mediocriter se habere ꝑm dictamen recte rōnis. sicut ꝓtingit circa alias passiones. ergo circa ipsas oportet esse aliquam virtutē moralem predictarum passionū impetus refrenantē z ad ea que recta ratio discernit incitantem. q̄ hec est tota ratio quare circa alias passiōes ponitur virtus moralis. z hec virtus est amicicia. Ans patet. quia plures visi sunt propter nimiū amorem fletum emittere indecenter. vel gestū vel modum amittere tanq̄ modo impetu passionis absorbentem vsum rationis. Et interdum visi sunt propter amorem fuisse ipsis per modum desperatōis causa mortis. ergo circa amorem contingit superabūdare Sed q̄ cōtingat deficere patet. quia aliqui citius q̄ debeant extranei ad amicicias recipiunt. z tamen sepe decipiuntur. et idem patet circa odium Et ista conclusio ponitur ꝑm buridanum Sed ꝑm alios amicicia nullo modo est virtus. sed est effectus virtutis. Et huius opinionis videtur fuisse sanctus Thomas qui in principio huius octaui dicit. q̄ amicicia super virtutem fundatur. Et in pñti capitulo dicit. q̄ amicicia addit aliquid supra rationem virtutis. z q̄ phūs non dicit q̄ amicicia est virtus sed addit aliquid vel est cum virtute. ex quo videtur sctūs thomas velle q̄ amicicia non sit virtus.

Conclusio secunda. amicicia primo et tercio modo accepta non est virtus. patet de primo. quia dicitur secūdo huius. passiones non sunt virtutes. sed de amicicia tercio modo accepta Patet. quia illud non est virtus cuius generatio presupponit omnes virtutes. sed generatio amicicie illo modo accepte presupponit generationem omnium virtutum Minor patet. quia presupponit aliquas virtutes morales scz prudentiam ergo omnes. qđ patet p connexionem virtutum moralium et prudentie. vt patet in sexto Ans autez amicicia tercio modo capta presupponit aliquas virtutes morales Patz. quia dicit textus q̄ nec acceptare oportet prius. nec esse amicus anteq̄ appareat amabilis z credatur. sed non sunt amabiles perfecte et proprie nisi virtuosi vt supra dictum est. Secundo probatur conclusio. quia nulla virtus moralis aufertur ab aliquo propter vitium in altero: Sed amicicia sic accepta si amabilis factus fuerit vitiosus aufertur. quia amicicia perfecta est solum bonorum. Tercio probatur conclusio. quia nulla virtus moralis subest fortune: Sed amicicia sic accepta subest fortune vt dictum est. quia ille ad quem est amicicia possibile est per casum fortune mori. Et ꝑm hoc dicitur. q̄ predicta disiunctiua Aristotelis habet veritatem pro secunda parte scilicet q̄ amicicia sic accepta non est sine virtute Item philosophus hic determinat de amicicia sic accepta seorsum postq̄ de omnibus virtutibus determinauit. Item secundo magnorum moraliuz. anteq̄ philosopuus determinauit de amicicia ipse dixit se iam de singulis virtutibus determinasse. Item probatur auctoritate Tullij dicentis Vos autez hortor vt istam virtutem voceris sine qua amicicia non potest vt ipsa excepta. ergo amiciciam prestantiam putetis quasi diceret amicicia non est virtus sed post virtutē est prestantissimum bonum. Item alibi in eodem libro dicit tullius de amicicia. vna em est amicicia in rebus humanis. de cuius vtilitate vno ore ꝓsentiūt a multis ipsa virtus contemnitur. Item probatur. quia cum ratio est pfecta p habitū virtutis z passiones sunt refrenate suis habitibus. tunc homo est liber vt non gratia amantis. sed gratia amati aliq̄d diligat. ergo amicicia sequitur virtutem. et per consequens non est virtus. sed effectus virtutis. Si tñ aliqs p illas auctoritates tam allegatas voluerit probare q̄ amicicia nullo modo sit virtus quod ē ꝓtra ꝑmam ꝓclusionem. Rñdet ꝑm buridanuz ꝓmo q̄ de amicicia tractat phūs post tractatum de alijs virtutibus. eo q̄ ipsa non erat posita ab omnib⁹ q̄ esset virtus. vel quia tractatus de ea egebat longiori processu q̄ alia rum virtutum. ideo dicit q̄ sic intelligitur dictum aristotelis secūdo moralium. Ad auctoritatem tullij dicit. q̄ nō intendit simpliciter omnem virtutem excipere sed sapientiam tm̄ vel virtutes intellectuales tm̄. Ad aliam et⁹ auctoritatem dicit q̄ vna virtus potest esse effectus alterius. vt sapientia vel prudentia quodāmoda generat in nobis alias virtutes. Pariformiter soluent rationes alie adducte. et tantuz de primo articulo

Dubitatur primo

Vtrū amicicia sit distincta a iusticia. et videtur q̄ nō. qz dicit phūs sexto huius. q̄ circa eadem est amicicia z iusticia. ergo. Item ꝓprium videtur iusticie esse ad alteruz. sed hoc ꝓuenit amicicie. ergo ꝛc.

Sciendum Ans si amor accipiatur specialiter pro affectione. non ad pecunias delectatōes z honores. nec ad aliquid qđ redūdat in nos vel in nostros tunc est passio generalis. Sed si capiatur pro affectione ad aliū vel ad alios ipsius gratia. tūc est passio spēalis circa quam ꝓprie est virtus amicicie. de qua principaliter tractatur in isto octauo. vt dicit buridanus. Tunc respondetur ad dubium. q̄ licet amicicia multum conueniat cum iusticia. tamen est ab ipsa distincta. Primum patet. quia amici student cōmunicationem et mutuam reconpensam amoris quod fit in iusticia. In signum cuius contemptio z lis oritur quando vnus amicus non redamat tantum q̄tum alter amat. Et quia signū dilectionis est operis exhibitio. ideo quādo non fit mutua exhibitio inter amicos oritur pugna z contentio. Secūda pars patet. quia iusticia est quando fit mutua exhibitio boni per modum debiti. amicicia autem quando hoc fit per modum gratuiti. Tunc ad primam rationem dubij dicitur. q̄ licet amicicia et iusticia sunt circa eadem obiecta materialiter. scz circa quecunq̄ bona que potest alter alteri impendere. tamen habent diuersa obiecta formaliter. quia sunt circa passiones diuersas et diuersorum modorum. Et per idem patet solutio ad secundam.

Dubitatur secundo vtrum amicicia distinguatur a liberalitate. Arguitur q̄ non. quia libera est proprius actus liberalitatis. sed hoc maxime pertinet ad amicum ergo ꝛc. Item est amicicie amico subuenire non per modum commutationis bonorum quod pertinet ad mercatores extraneos. sed magis eis bona propria ꝑmuni-

UVA. BHSC. IyR_098_1

ratio. sed hoc pertinet ad liberalitatē. q ipsa est circa affectum ad pecunias. sed amicicia est circa affectum ad alias personas amatas. ergo sunt circa obiecta diuersa. ergo ꝛc. Ad primam rationem dubij dicitur. q licz amicicia et liberalitas concurrunt ad eundem actum extrinsecum. non tamen habent eundem actum proprium et immediatum siue intrinsecum. vnde beneficiare est sm liberalitatem inquantum per eam modificata est affectio circa pecunias. Et est sm amicicias inquantum relata est affectio circa personam. Et per idem patz solutio ad secūdam rationem dubij

Ad rationes Ante oppositū Ad primaz dicitur. q arguit. p prima ꝯclusione. si tamen aliquis tenere voluerit q amicicia nullo modo est virtus. potest dicere q amicicia propzie est in volūtate subiectiue. quia obiectum principale eius est bonū vniuersale. Temperantia aūt ꝛ alie virtutes refrenant passiones appetitus sensitiui. et ideo non oportet amicitiam esse virtutem eo q etiam refrenet passiones virtutis appetitiue sensitiue Ad secūdam dicitur q licet amicicia habeat magnam conuenientiam cuz iusticia. non tamen est iusticia. vt dictum est. quia iusticia exhibet alteri quod suum est per modum obligati ꝛ debiti. amicicia aūt hoc facit per modū gratuiti Ad terciam dicitur q etiam arguit pro prima conclusione. sed tenendo aliam opinionem dicitur q ista ratio arguit pro secunda conclusione. nam interdum phūs solet vocare effectum virtutis virtutem.

Multis autem esse amicum sm perfectam amiciciam non contingit quemadmodū neqz amare multas simul. Assimilatur enim superhabundantie tale autem ad vnum natum est fieri. Multas autem simul placere eidem valde non facile. forte aūt neqz bonuz esse. Oportet autem ꝛ experientiam accipere ꝛ in consuetudine fieri qs omnino difficile. Propter vtile autem et delectabile multis placere contingit multi em̄ tales et in pauco tempore ministrationes. Quorum autem magis videtur amicicia propter delectabile cum eadem ab ambobus fiant ꝛ gaudeant ad inuicem vel eisdem quales sunt amicicie. Magis em̄ in his quod liberale. que autem propter vtile negociatoz Et beati autem vtilibus quidem nihil indigent delectabilibus autem. conuenire enim volunt aliquibus. triste autem paucum quidem tempus ferunt. continue aūt nullus vtiqz sustineret neqz ipsum bonum si triste ipsi erit

Propter quod amicos delectabiles querunt. oportet autem forte et bonos tales existentes et adhuc sibīpsis. sic em̄ ipsis existimant que cūqz oportet amicis

Querit octauo. Vtrum possibile sit eūdez esse amicū pluribz sm pfectā amiciciā Arguitur pmo q sic. q amicicia perfecta est ꝓpter virtutem. sed virtus potest in pluribz inueniri. ergo possibile est eundem esse amicū pluribus sm perfectam amiciciam Secūdo arguitur bonum est suipsius diffusiuum. sed amicicia est ꝓpter maximū bonū. ergo plurū Tercio arguit. dicit phūs in nono. q nullus eligeret vtiqz sine amicis viuere. et nō dicit sine amico. g̃ possibile est eundem esse amicum plurium

In oppositum est phūs qui postqz distinxit diuersas species amicicie. hic consequenter de eis determinat per comparationem ad subiectum quod sunt ipsi amici. Et primo agit de aptitudine ꝛ ineptitudine ꝗrundā ad amiciciam. et post de amicorum multitudine. Et per illud videtur ad quesitum.

Sciendum primo

Q3 senibus quantominus amicicia. tanto magis sunt discoli. Causa est. quia tales de se presupponentes sensuz sequitur. et ideo cum alijs cōmunicari non possunt. ꝛ minus gaudent colloquijs aliorū. tamen quia sibīpsis intendunt propter suspitionem quam de alijs habent. Ista autem sc̃z colloquia et ꝯcordia amicorum maxime sunt amicicie operatiua ꝛ causatiua Ex quo patet q iuuenes cito fiunt amici. quia multum in colloquijs gaudent et de facili alijs assentiunt. Sed senes non cito fiunt amici. quia non possunt esse amici illis de quorum conuictu et colloquijs non gaudent. Et eadem est ratio de seueris q̃ sunt litigiosi ꝛ mordaces eorū que ab alijs agūtur Tales em̄ senes et seueri possunt esse benivoli inquātuz alijs bona volunt in affectu. ꝛ etiam in effectu subueniūt. non autem possunt esse amici propter hoc q non conueniunt neqz gaudent in societate amicorum Ex quo patet q ille persone sunt aptiores ad amiciciam que magis sufficiunt gaudere de eisdem. Vnde qui non gaudent de eisdem non possunt conuiuere. quia quod vni est delectabile alteri est triste. et propter hoc soluitur conuictus. propter quod virtuosus non potest pravo conuiuere. nec pravi vt in pluribus possunt ad inuicem conuiuere. non em̄ omnes pravi gaudent eisdem. imo plures diuersis. sed oēs boni eisdē gaudent. Ex quo pz vltra q senectus est inepta amicicie. nam senes sunt tristes nam gaudiū euenit ex effusione spirituū a centro cordis. humidi autem ꝛ calidi est se dilatare et ebullire. sicci autem et frigidi est se contrahere. Cum igitur senes sm etatem sunt sicci ꝛ frigidi. sequitur q sint tristes. et sic impeditur eorum conuictus et amicicia. nam natura maxime fugit triste ꝛ appetit delectabile. Ex eadem ratione seueri ꝛ discoli sunt inepti amicicie sicut sunt melācolici et a natura sicci. omnis em̄ siccus a natura ꝓpter dictam causam est tristis. Sanguineus autē et iuuenis a natura ꝛ etate est calidꝰ et humidus vndiqz effluens ꝛ ebuliens. ideo amatiuus est. Ex eodē fundamēto ꝯcluditur q iuuenes sunt largi et liberales. senes vero illiberales et auari quod maxi-

UVA. BHSC. IyR_098_1

me mirum est q̄ senex quasi in termino existens tot ⁊ tanta optet

Conclusio prima

Non contingit eundem esse multis amicum fm perfectam amiciciam que est propter bonū virtutis. Probat textus tribus rationibus. quarum Prima est. q̄ amicicia perfecta ⁊ maxima habet similitudinem cuiusdam superabundantie. sed amor superabundans non est natus fieri ad multos: sicut patet in amore veneris fm quem contingit q̄ vnus non simul amat multas mulieres superabundanter. ergo perfecta amicicia bonorum non potest haberi ad multos. Et debet maior illius rationis intelligi considerando quantitatem amoris. ⁊ non rationē amandi. non enim conuenit virtuoso ab alio virtuoso q̄ virtute ordinat suos effectus nimis amare. Vel potest ratio sic formari. quia perfecta amicicia ex perfecto conuictu generatur et acquiritur. sed non contingit aliquez in actionibus et sermonibus se distribuere pluribus pfecte. quia perfecta distributio contingit solum in habundantia que est solum ad vnum. Secunda ratio fm perfectaz amiciciam amici sibijmuicem valde placent. sed non est facile q̄ eisdem simul multi compleant. quia non inueniuntur multi in quibus non inueniatur aliquid quod displiceat homini aliqualiter affecto propter multos defectus hominum et contrarietates eorum ad inuicem. Ex quo contingit q̄ dum vnus multuz vni placet alijs multum placere non potest: et forte etiam non esset expediens q̄ vni homini multa placerent valde. quia dum multis conuiueret non posset sibijpsi intendere. ergo fm perfectam amiciciaz non sunt multi amici. Tercia ratio. in amicicia perfecta ex assuefactione causatur experientia de amico sed hoc est valde difficile. et sic non potest in multis cōtingere: fm ergo perfectā amiciciam non sunt plures amici. Quarta ratio posset addi. quia perfecti amici est congaudere gaudenti. ⁊ condolere dolenti. ergo si vnius eēnt perfecte plures amici. quorum vnus gauderet et alius doleret oporteret hominem perfecte fm plures amicos gaudere et dolere simul. hoc probatur. quia amabilis est similis actui amicicie. sed amatio que est passio appetitus sensitiui non est ad multos simul.

Conclusio secunda. contingit eundem esse amicum pluribus propter vtile et delectabile. Probat textus dupliciter. quia multi inueniuntur tales qui possunt esse vtiles ⁊ delectabiles. Secundo. quia ad tales amicicias nō requiritur experientia longi temporis. Sed sufficit q̄ in pauco tempore sibijmuicem subministrent delectationem et vtilitatem. Item potest probari. quia homo indiget multis viribus propter defectum. gratia cuius dicitur primo metaphisice q̄ natura humana multipliciter est ancilla et etiam indiget variis delectationibus propter nature permutationem. ergo expedit eundē habere multos amicos vtiles tales defectus instaurantes.

Dubitatur primo

Que amicicia inter duas vltimas est perfectior. Respondet textus q̄ inter amicicias predictas maior ⁊ perfectior est ea que est propter delectabile si tamen idem sit ab ambobus ⁊ vterq; alteri exhibeat delectationez. quia sic in eisdem gaudent. quod est proprium amicicie. Est enī signum q̄ eorum que in eisdem est vna voluntas ꝛgaudent sed hoc non est quando ex vna parte exhibetur delectatio ⁊ ex alia vtilitas. Q̄ autem amicicia delectabilis sit maior et perfectior ea que est vtilis probat philosophus duabus rationibus. Prima est. quia in ea amici magis literaliter se amant q̄ in alia. Antecedens patet. quia in vtili amicicia requiritur recompensatio lucri. et hec amicicia videtur esse quedam negotiatio. Consequētia tenet. quia amicia perfecta est maxime liberalis inquātum fm ipsam propter se amati amantur. ergo amicicia delectabilis est sibi similior q̄ vtilis. ⁊ sic est potior. Secūda ratio. quia homines bonis habūdantes non indiget vtilibus amicis. quia sunt sibi sufficientes. sed indigent delectabilibus. quia oportet q̄ aliquibus conuiuant. qō non potest fieri sine delectatione. ergo amicicia delectabilis est potior vtili. vputa pluribus ⁊ melioribus necessaria. Hec autem conclusio superius multis alijs medijs probata est. Secundo dicitur ad dubium. quia illa amicicia est perfectior inter delectabiles amicicias que est inter amicos delectabiles in eodem delectabili fm speciem conuenientes q̄ illa que est inter tales amicos in eodem bono fm speciem non conuenientes. sicut diuturnior est amicicia pulcri ad pulcrum. q̄ pulcri ad fortem ⁊ sic de alijs. Patet. quia amicicia est propter conuenientiam in bonis. ergo quanto maior fuit conuenientia tanto maior ⁊ potior erit amicicia. Et ratio est. cum ambo gaudeant in pulcritudine ⁊ fortitudine diutius in amicicia colligantur q̄ si fortis gaudeat in pulcritudine ⁊ pulcer in fortitudine. Ex dictis infert philosophus q̄ oportet amicos propter virtutem esse delectabiles ad inuicem. oportet etiam insuper q̄ sicut sint boni in se. ita etiam sint boni sibi inuicem. sic enim habebunt que requiruntur ad amiciciam

Dubitatur secūdo. vtrum contingat eundem esse beniuolum multis virtuosis. Respondetur q̄ sic. ⁊ etiam contingit plures eisdem esse beniuolos. Patet. quia multi possunt participare virtutem. sed virtuosi sunt beniuoli. ergo contingit eundem esse beniuolum pluribus virtuosis. Veritamen perfecta amicicia requirit perfectam virtutis experientiam que non potest haberi ad plures. et ideo tales non habent ad se amiciciam. Vnde ad perfectam experientiam non sufficit semel aut bis esse bene passum ab amico. quia dubiuz est si quis hoc faceret gratia amati. aut gratia sui ipsius. et ideo sicut multi irundines faciunt ver. sic diuturnus conuictus causat experientiam. et quia perfectus est ad vnum tantum. ideo nō contingit eundem esse pluribus amicum fm perfectam amiciciam. hoc tamen non obstante vtile est ⁊ bonū vnū habere fm virtutem duos amicos ita q̄ bonum est amicicias esse inter tres q̄uis non potest esse eque perfecte ad quemlibet eorum. Secūda pars probatur ex coclusione precedente. Sed prima pars probatur. quia oportet disponere ad amiciciam vt non sit totaliter subiecta fortune. sed si esset ad vnuz solum subiaceret fortune. facile enī vnum mori propter etiā cursum fortune hoc est vtile amanti In infortunijs enī omnes estimamus refugium esse ad amicos. Non enim est facile vt tres distinctos fm generationem inuadant fortunaz. ideo expedit habere duos amicos. vt si vnus succūbat infortunijs ad alterum accipiatur recursus.

Ad rationes

Ante oppositum Ad primaz dicitur q̄ virtus

UVA. BHSC. IyR_098_1

non est tota causa amicicie. sed etiam requiritur experientia longi conuictus. z ideo perfecta amicicia est ad vnum tantū. Conceditur tm imperfectam amiciciam z vniuersalem noticiam esse ad plures. Ad secundam dicitur q bonum se diffundit inquantum potest. z sic diffundit se in vnum perfecte z in plures imperfecte. Ad terciaz dicitur q ꝓbus in ista auctoritate loquitur de amicicia vulgariter accepta. quia nondum ostenderat que sit vera z perfecta amicicia

Qui autem in potestatibꝫ diuersis videntur vti amicis. alij em ipis sunt vtiles et alteri delectabiles. ambo em idem non omnino Neqꝫ em delectabiles cum virtute querunt neqꝫ vtiles in bona sed hos quidem eutrapelos delectabile appetentes. hos autem dei nos operari quod preceptum est. hec autē omnino fiunt in eodem. Delectabilis autem z vtilis simul dictum est qm studiosus sed superexcellenti non fit talis amicus si non et virtute superexcelletur. si autem. non adequat fm anologum superexcessus. non omnino autem cōsueuerūt tales fieri. Sunt autem igitur dicte amicicie in eqlitate eadem em fiunt ab ambobus et volunt ad inuicem vel alterum pro altero commutāt puta delectationem pro vtilitate. Quoniā autem et minus sunt bee amicicie z manent dictum est. videntur autem z ꝓpter similitudinez eiusdem et esse z non esse amicicie Scōm similitudinem em eius que fm virtutem videntur amicicie. hec quidem em delectabile habz hec autem vtile. hec autem existūt z illi. Jn eo autem quod est banc impermutabilem et mansiuam esse. has autē velociter transcidere alijs qꝫ differre multis non videnť amicicie propter dissimilitudinem illius

Queritur nono Vtrum similitudo causet et saluet amiciciam Arguitur primo q non. quia figulus odit figulum et medicus medicum. et etiam rethozem rethoz et sic de alijs. ergo similitudo non saluat amiciciam. sed potius eam dissoluit: Secūdo sic. differentibus sonis fit optima ermonia et differentibꝫ saporibꝫ optima salsa et ex ꝓtrarijs elemētis mixtū. Et sitr ex differentibꝫ ꝓsonis fit optima cōmunicatio domestica. sed amicicia in cōicatione ꝓsistit. g dissimilitudo magis causat amicicia qꝫ similitudo. Tercio sic. amicicie est succurrere amico sed similis simili non succurrit. imo dives pauperi indigēti seruitio. ergo tc. Et confirmatur. quia amicicie non est destruere amicum. sed fm medicos contrarium est contrarij conseruatiuum. et simile est similis destructiuum. Nam vt dicunt contraria contrarijs curantur z simile simili appositum facit ipsum furere. igitur tc

Jn oppositum est philosophus qui postqꝫ determinauit de aptitudine z ineptitudine quozūdam ad amicicia et etiam de multitudine amicozum. Consequenter determinat de diuisione amicozum dicens. q homines in potestatibꝫ ꝓstituti vtuntur diuersis amicis. ita scz q ali qui amicozum sunt eis vtiles. aliqui delectabiles. nō em contingit de facili q eidem homines sint eis amici vtroqꝫ modo. Qz autem potētes habeant diuersos amicos ꝓbat philosophus. qui ipsozum nullus querit delectationem ꝓpter virtutem. neqꝫ querunt vtiles ad bona honesta. sed ad delectationem appetunt quosdaz eutrapelos. id est lusozes puta histriones. Causa vero vtilitatis amicos industrios ad exequendum quecūqꝫ precepe rint siue sint bona siue mala. Sed industria z ioculanitas non sint in eodem. quia homines industri non dant se iocis sed seriꝫs. ergo potētes habent amicos diuersos. Et quia aliquis posset dicere q eidem sunt amici vtiles et delectabiles potentibus. eo q virtuosus est similiter vtilis z delectabilis. Jdeo ad hoc respōdet philosophꝰ dicens. q virtuosus non fit homini superexcellenti in potentia vel diuitijs amicis. non etiam virtuosus superexcellitur a potentiozi qui est superexcessus in virtute. aliter em non reconpensaret virtuoso fm proportionem. vt patet. quia sicut virtuosus defert ei vt potentiozi. ita ipse deferat ei vt meliozi. Plerūqꝫ em homines inquātum excedunt in potentia z diuitijs. tanto existimāt se meliozes inueniri tales potentes qui etiam in virtute excedāt. aut etiam virtuosis deferant tanquā meliozibꝫ

Notandum secūdo. q predicte amicicie in equalitate cōsistunt. et quia de amicicia que est ꝓpter bonum hoc est manifestū. Jdeo hoc ꝓbat phūs tantū in amicicia vtilis. et hoc sic. qz tales amici vel eadem volūt z faciunt sibi recompensantes delectatōem delectatōi aut vtilitatē vtilitati. vel ꝓmutare alterum ꝓ altero. scz vtilitatem ꝓ delectatiōe vel econtra. Ex predictis ꝓcludit phūs. q iste due amicicie minus sunt amicicie z minus ꝑmanent qꝫ amicicia ꝑfecta que est bonozum fm eius similitudinem et dissimilitudinē ille videntur esse amicicie z non esse Jn quantum em habent similitudinem ad perfectam amiciciam videntur esse amicicie ꝓut scz vna earū hz delectabile et alia vtile. et perfecta habet vtrūqꝫ. Sed qtum ad alia sunt dissimiles. put scz perfecta amicicia est immutabilis z ꝑmāsiua. z alie velociter transmutātur. Differūt etiā in multis alijs vt ex ꝓdictis pz. et ꝓpter hāc dissimilitudinē nō videtur esse ꝑfecte z vere amicicie

Conclusio prima

Similitudo persone causat amiciciā. Probāt. qz quanto aliq sunt similiozes in virtute tanto magis sunt amici Jtem vera amicicia est inter solos bonos sed boni sunt similes ad minus fm aiam. licet non fm corpa exteroza Sūt em ambo prudētes. z ꝑ ꝓsequēs singulis virtutibꝫ mozalibꝫ habituati. z sic sunt consimilium mozū. nō em

UVA. BHSC. IyR_098_1

vnus deficit ꝛ alter excedit vt cõtingit in vicios⁹. sed oēs ad mediū rediguntꝰ Sūt etiā cõsimilū volūtatū. ꝗa oīne qđ est turpe fugiūt ꝛ spnantꝰ. et oīne qđ est honestū volūt et amplexantꝰ. Jtē ꝓbatur ꝛclusio. qꝛ ad verā amiciciam requiritꝰ delectabiliter cõuiuere multo tpe. sed hoc non pt ꝛpetere hñtib⁹ mozes dissimiles. ḡ veri amici sunt sil⁹ et p ꝛñs similitudo saluat amicicia Concedendū est tamē amicos veros non esse similes ſm cõditiones corpales. vel ſm diuitias cū altero amicozū habundante in bonis exteriozib⁹. alterum necessarijs indigere. qꝛ ꝓpriū est amici bene velle et bene facere ad amicum

Conclusio secunda. similitudo per accidens dissoluit amicicia. qꝛ illa similitudo aliqñ priuat alterū amicozum aliquo bono: nam ex eo ꝙ aliquis ſm hꝫbitum artis magis ꝓcticat cꝫ alter. ideo acquirit sibi bona vtilia ꝗbus alter indiget. ergo ꝑ accñs similitudo dissoluit amiciciam scz ꝑ hoc ꝙ per opus similitudinariū in aliqua arte lucrū alterius diminuitur. Quantū ad scām

Dubitatur ꝓma

Utrum amicicia fundetur tm̃ supza similitudinem Respondetur ꝙ perfecta solum fundatur sup̃ simile ꝑ se sicut patet in ꝓma conclusione. sed amicicia ꝓpter vtile vel delectabile potest fundari sup̃ valde dissimiles et iam rõne dissimilitudinis ꝓpter quod inter tales et inter amiciciam ꝓpter honestū talis est differentia quia amicicia ꝓpter honestum fundatur sup̃ perfectionem. quia super virtutem quaꝓpter tales amici magis intendunt bene facere cꝫ bene pati et malunt ꝙ amico bene faciant cꝫ vt ab amico bene recipiant Sed alie amicicie fundantur super defectum et indigentiam. ꝛ ideo tales magis ꝓncipaliter et ꝓmo non volunt bñ facere sed vt eis bñ fiat possibile est igitur ꝙ tales amici eiusdez indigent: et ꝙ ista possint assequi ꝑ se inuicem coadiuuando sibi in eadem ꝙtiõe verbi gratia si nauigatozes lucro indigeant quod lucrū nati sunt assequi ꝑ nauigium quod vnus solus exercere non pt sed sil' possunt. in tali casu amicicia fundaꝫ supza similitudinem et sup̃ eisdem indigentꝫ ꝛ idem sibi tribuere. vel ad ipsum ꝓcurandum cooperari potentes Sed in alio casu possibile est ꝙ amici nõ eisdem sed diuersis alijs indigeant. ꝛ ꝙ vterꝗ id quo alter indiget potest sibi conferre. verbi gratia diuites rõne diuiciarum indigent seruitozibus et pauperes nati sunt hoc eis conferre. pauperes vero econtra indigent victu et quibusdam alijs que consequi non possunt non recipientes a diuitibus. Similiter forte vir antiquus et diuos concupiscit venerea et puppuuencula pulchra et formosa concupiscit pecunias ꝛ pulchras vestes. inter tales potest contrahi amicicia. ꝛ sic talis amicicia fundatur supza dissimiles. sed inter amicos tales reqritur debita ꝓpoꝛtio que scz est inter actiuum et passiuū. Nam actiuū oꝛ esse natuꝫ tribuere id quo passiuum indiget. Reqritur etiam ꝙ ꝓdicta ꝓpoꝛtio sit reciꝓroca vt scz vnus amicozuꝫ se habeat in vno passiue ad alium Si quis aūt talem ꝓpoꝛtionez actiui ad passiuum vellet attendere ſm similitudinē potentialē actiui ad passiuū ꝓpter qđ passiuū est in poña ad formā actiui. tunc posset concedi ꝙ talis amicicia fundaꝫ supza similitudinē nõ tm̃ actualē sed potentialē. ꝛ ita vlr dici pt ꝙ omnis amicicia fundaꝫ supza similitudinem Dubitaꝫ scđo. vtrum amicus sit alter ipe. Rñdetur ꝙ sic. patet. qꝛ amoꝛ est trāsformatio amantis in amatum. sicut em̃ caloꝛ trāsformat ferrum in ignem vt amplius ferrum non videatur ferrū sed ignis. sic etiam amoꝛ quodām odo transformat amātem in amatum et econtra vt sint vnum videlicet in affectu ꝛ animo licet corpoze differant. et per hunc moduꝫ est alter ipse. quemadmodum ꝫomo diligit se ita amicus diligit eum ex quo in affectu sit amicus sicut alter ipse

Ad rationes Ante oppositum Ad primam patet solutio Ad secūdam dicitur ꝙ miscibilia ex excellentijs suis nõ vniūtur per mixtionem. sed oportet ea prius ad mediuꝫ temperatum reduci. et sic elementa habent medium indigetie. sic em̃ calidum indiget frigiditate et frigidum calido. et ita diues et pauper ſm ꝙ se inuicem indigent vniuntur in amicicia. Ad terciā oꝛ ꝙ amici amicicia vera non amant vt eis succurratur nec illa fundatur super indigentia. Dicitur vltra ad confirmationem ꝙ homo sanus per simile nutritur ꝛ saluatur. Sed ꝫomo lapsus ꝑ egritudinem indiget ꝓtrario reducente complexionē ad temperamentum medium. Non enim de sana complexione sed de egritudine verum est illud ꝙ simile simili appositum facit ipsum furere. ergo amicicia perfectozum q̄ sanis comparatur fundatur supza similitudinem. Sed amicicia indigentiū que lapsis assimilaꝫ super talia per q̄ fit possibile indigentijs subuenire

Ltera autem amicicie est speciesꝰ q̄ ſm superhabundantiam. puta patet ad filium et totaliter seniori ad minozem. viroꝗ ad vxorem ꝛ omni imperanti imperatum. Differunt autez he ab inuicem non em̃ eadem parentibus ad filios ꝛ imperantibus ad imperatos. sed neꝗ patri ad filium et filio ad patrem. neꝗ viro ad vxorem ꝛ vxori ad virum. Altera enim vnicuiꝗ horum virtus ꝛ opus. Altera autem ꝛ ꝓpter quea manent. altere igitur ꝛ amatiões ꝛ amicicie. Eadem quidem vtiꝗ neꝗ sunt vtriꝗ ab vtroꝗ neꝗ oportet querere cū autem parentibus q̄dem filij retribuunt que oportet generantibus parentes autem filijs mansiua talium et epieykes erit amicicia. Analogon autez in omnibus ſm superhabūdantiam existentiby amicicijs ꝛ amationez oportet fieri puta meliozem magis amari cꝫ amare ꝛ vtiliozem et aliozum vnūquodꝗ similiter. Cum enim ſm dignitatem amatio fiat tunc fit aliqualiter equalitas quod vtiꝗ amicicie esse videtur. Non similiter autem equale et in iustis ꝛ in amicicia vi

UVA. BHSC. IyR_098_1

detur habere. est enim in iustis quidem equale primo quod fm dignitatem. quod autem fm quantum secundo. In amicicia autem quod quidem fm quantum primo. quod autem fm dignitatem secūdo. Manifestū autem si multa distantia fiat virtutis vel malicie vel habundantie vel alicui alterius. non em̄ adhuc amici sunt sed neq; dignificant. Manifestissimum autem hoc in dijs plurimum em̄ isti omnibus bonis superexcellunt. Manifestum autez t in regibus. non enim his dignificant esse amici qui multum defectiores neq; optimis vel sapientissimis qui nullo digni. Certa quidē igitur in talibus nō est diffinitio vsquequo amici. Multis enim ablatis adhuc manet. multum autem separati. puta a deo non adhuc. Unde et dubitatur ne forte non volunt amici amicis maxima bonoruz puta deos esse. nō enim adhuc amici erunt ipsis. neq; vtiq; bona amici. amici enim bona. Si bene dictum est quoniā amicus amico vult bona illius gratia manere vtiq; bonis oportet qualiscūq; est ille homini autē volet maxime esse bona. Forte autez non pre omnibus sibijpsi enim maxime vnusquisq; vult bona. multi autem videntur propter amorem honoris velle amari magis q̄ amare. Propter quod amatores adulationis multi superexcessus enim amicꝰ adulator vel fingitur talis et magis amare q̄ amari amare autem prope esse videtur ei quod est honorari quod vtiq; multi appetunt. Non propter seipsum autem videntur desiderare honorem sed fm accidēs gaudent em̄ multi ab his qui in potestatibꝫ honorati propter spem. Existimant enim adipisci ab ipsis quo indigent vtitaq; signo bone passionis gaudent honorare ab epieykibus autem et scientibus appetētes honorem firmare. propriam opinionem de ipsis appetunt. gaudēt vtiq; q̄ sint boni credentes dicentium iudicio. In amari autem fm seipsum gaudent. Propter quod videbit vtiq; melius esse eo quod est honorari et amicicia fm seipsam eligibilis esse. Videtur autem magis in amare q̄ in amari esse. Signum autem matres eo quod est amare gaudētes. quedam enim dant filios suos nutriri et amāt quidem scientes redamari autem non querunt sed vtraq; non contingant sed sufficiens ipsis videtur esse si videant bene operantes et ipse amant ipsos. et si illi non possunt matri (que conueniunt) tribuere propter ignorantiam.

Querit decimo. Utruz amici velint amicis suis maxima bona. puta esse deos reges virtuosissimos.

Arguitur primo q̄ non. quia illud non debz amicus velle amico per quod dissolvitur amicicia. sed per hoc q̄ alter amicorum acquirit maxima bona dissolueret amicicia. ergo tc̄. Minor patet dupliciter. Primo quia amicicia saluatur in quadam similitudine. sed ex hoc q̄ maxima bona aduenirent vni amicorum tolleretur similitudo inter eos. et sic dissolueretur amicicia. et ita volēdo maxima amico amici perdent maxima bona. scz ipsos esse amicos. Item probatur eadem minor. quia dicit philosophus q̄ si magna distantia fiat virtutis vel malicie non adhuc amici sunt. Secūdo arguit. ei (quem magis diligimus) maiora bona volumus. sed quilibet magis tenetur seipsum diligere q̄ alterum. ergo amicus nō amico. sed sibi vult maxima bona. Tercio arguitur. si aliquis velit amico suo maxima bona. sequitur q̄ erit pusillanimus. quod est falsum. Patet consequentia. quia ille est pusillanimus qui existens dignus priuat seipsuz bonis quibus dignus est. sed hoc faceret amicus si amico vellet maxima bona. ergo tc̄

In oppositum est philosophus qui postq̄ distinxit species amicicie que in equalitate consistunt. Consequenter distinguit species amicicie q̄ est inter equales prosonas primo tractans in cōmuni ea que ad distinctionem talium amiciciarum faciunt. deinde determinat de illarum distinctione. Et adhuc primo agit de amicicijs excedentis ad excessum. sicut patris ad filium. viri ad vxorem et sic de alijs. Et deinde etiam determinat de amicicia contrariorum ad inuicem. Et adhuc primo distinguit huiusmodi amicicias a precedentibus amicicijs dicēs

UVA. BHSC. IyR_098_1

tens. q̃ p̃ter p̃dictas amicicias q̃ in eq̃litate ꝓsistũt. eo q̃ sunt similiũ ſm virtutẽ vtilitatẽ vel delectatõem. Est etiam q̃dã alia ſpes amicicie q̃ est ſm supabũdãtiã ingntuz vna ꝑsona excedit aliã. sicut est hec q̃ est patris ad filiũ. ſenioris ad iuniorẽ. viri ad vxorẽ. z vl̃r cuiuslibet h̃ntis imperiũ ad illũ sup quẽ hz impiũ q̃ dr̃ãt ab inuicẽ. vt ôt text⁹ dupl̃r Primo ſm diuersas relatões h̃ndas. nã alia ẽ amicicia patris ad filiũ. z alia impantis ad subdituz. z h̃ ſm diuersam relatõez excedẽtis z excessi. nõ em̃ est eadẽ amicicia pr̃is ad filiũ z ecõuerso nec eadẽ viri ad vxorẽ. z ecõtra Qz aũt iste amicicie p̃dicte sint dr̃ntes ꝑbat text⁹ duabus rõibus. Prima. qz amicicia ôt ſm actũ z ſm habitũ. g̃ necẽ est q̃ cũ amico insit q̃dã habitual' virt⁹ ad exq̃dũ ea q̃ sunt amico. z etiã ipm op⁹ amicicie Sz in singulis p̃dictarũ nõ est idẽ opus amicicie. puta patris ad filiũ. z viri ad vxorẽ. aut etiã filij ad patrẽ. ergo nõ est eadez ꝑtus. z p ꝑs sunt diuerse amicicie. Scda rõ. qz in p̃dictis amicicijs inueniunt diuerse rões ꝓpter q̃s amãt. nam alia ratione pater amat filiũ z filius patrem z vir vxorez sed ſm diuersas rões amandi sunt diuerse amatões. z p consequens diuerse amicicie.

Stendum Qz p̃dicte amicicie saluãtur p hoc q̃ sibijnuicẽ exhibẽt ea q̃ opz ſm amare z amari. quod ꝑbat ꝑbs. qz in istis amicicijs nõ fiunt eadẽ ab vtraq; parte amicoz. nec etiã oportz req̃rere que q̃s facit sicut filius non debet a patre req̃rere reuerẽtiam quam ei exhibeat sicut in predictis amicicijs ꝓ declaratõe req̃rebatur delectatio. z p vtilitate vtilitas. Sz quãdo filij exhibent parentib⁹ q̃ oportet exhibere p̃cipijs suis g̃nãtuis. z parẽtes exhibẽt filijs q̃ oz exhibere a se genitis. Tunc talium amicicia erit permansiua et diurna z virtuosa. Qualiter aũt exhibeatur in istis virtutibus id quod oportet ostendit philosophus dicens q̃ in ommbus amicicijs que sunt ſm superabundãtiam vni⁹ persone ad aliã amatio fit ſm ꝓportõem vt scz melior plus ametur q̃ amet. Simile est de vtiliori vel delectabiliori vel qualitercũq; excellentiori. Cum enim ametur ſm dignitatem. tunc fiet quedam equalitas ꝓportiõis et vt dicit textus hoc diuersimode ꝙuenit iusticie z amicicie. qz circa iusticiã primo attendit̃ ſm ꝓportõem. z tũc fit ꝙmutatio ſm equalitatem. Sed in amicicia econtra attendit̃ ꝑmo equalitas inter ꝑsonas mutuo se amãtes et illud exhibet̃ vtriq; hoc est ſm dignitatẽ. Et huius diuersitatis rõ est. qz amicicia est quedã vnio siue societas amicorum que nõ põt esse inter multũ distãtes sz oportz q̃ ad equalitatem accedãt. ideo ad amicicia pertinet eq̃litas iam constituta ea equaliter vti. Sed ad iusticiam pti net inequalia ad equalitatem reducere Equalitate autẽ existente cessat opus iusticie. z ideo equalitas est vltimuz in iusticia at p̃ncipiũ in amicia Et hoc quod dictũ est manifestat p signũ. s. q̃ eq̃litas requiratur primo in amicicia quia si sit multa distãtia vel litis aut malicie non remanent homines amici. neq; etiã dignum reputatur' q̃ aliq̃ habeant amicicia cum istis que multum a se distãt. Et de istis que dicta sunt ponit ꝑbs tria signa. Primuz est de istis q̃ plurimũ superexcellũt hoies in oibus bonis qui non habẽt amicicia cũ oibus. vt scz ꝙuersentur z cõuenirent cũ eis. Et h̃ ꝑbs vocat substãtias separatas deos moientiũ. Scõm exemplũ est de regib⁹ quoz amicicia illi se reputant dignos qui multum ab eis deficiunt. Tercium exemplum est de optimis z sapientissimis viris quib⁹ nõ fiũt amici illi q̃ oio digni sũt Sz qz posset aliqs q̃rere in q̃nta distãtia posset amicicia saluari z in q̃b⁹ non iõ ôt ꝑbs q̃ in talib⁹ nõ p̃t dari certa determiatio. sz in generali hoc sufficit. qz multis ablatis ab vno q̃ insunt altera adhuc remanet vera amicicia. sed si multũ distẽt sicut hoies a deo nõ remanet amicicia de q̃ est hic sermo. Deinde mouet ꝑbs questionem p̃sentem

Conclusio prima

Inter bona q̃ stz innata hoib⁹ amic⁹ vult maxima bona amico exĩte hoi et nõ tanq; translatio ad deos. Probat ꝑbs dupl̃r Primo. qz amicus vult bona amico eius gratia g̃ ipe debet supponere q̃ habitis bonis ipe remanet q̃ liscunq; est añ. g̃ maxima bona vult scz enti hõi. z nõ tanq; translato ad deos. Scõo. quia amicus vult bona amico non magis q̃ alijs: quia vnusquisq; vult maxime sibi ipsi bona. g̃ non oportet q̃ velit amico illa bona p q̃ ipe p deret amicum quod est magnũ bonum. Item ꝑbat. qz amicicia est quedaz benuolentia. ergo amic⁹ vult amico maxima bona. dũ tñ non sint talia q̃ ipsis habitis perdat amicicia Probatur etiã aliter. quia amicus vult sibijpsi maxima bona. sed ipse est alter ipe ꝓpter transformationem similitudinis. g̃ etiam vult suo amico maxima bona dummõ tñ non soluatur amicicia Primus em̃ amor hominis est ad seipsum. ideo amicus vult ꝑmo sibi saluari amicũ. z postea vult sibi maxia bona. ipo tñ hoie amico p manente. al's em̃ amicicia dissolueretur.

Scda cõclusio. amicus ver⁹ z bonus nõ vult amico maximũ bonũ simpl̃r. s. ipm esse deuz. ꝑbatur. qz amicus reputat hoc impossibile. g̃ non vult hoc amico neq; vult hoc sibijpsi. cum vtriq; reputet impossibile Sed fatui solum amicicias q̃rentes ꝓpter vtile vellent amicos illos a quib⁹ amari putãt esse deos vt sibi maiores vtilitates cõferrent. sed de hoc non est curandũ qz q̃renda sunt non que fatui. sed que prudentes z boni volunt

Dubitatur primo

Que stz illa maxia bona q̃ vult amic⁹ amico. Rñdet q̃ stz bona virtutũ z ipsaz opa inter q̃ summuz est felicitas ipa. tũ ſm reputatiõe vulgariũ maxima bona sunt bona corꝑis z bona exteriora vt diuitie dignitates amici z huiusmõi Et ſm alios bestitiliores ſm gustum et tactum. Qz aũt talia bona sunt bona virtutũ patet. qz illud vult amicus amico ꝓpter q̃ ipm amat. sed h̃ vult ꝓpter bonũ virtutis igit Dubitat scõo: vtrum amicus verus ſm virtuosam amicicia velit amico maxia bona corꝑis et maxia bona sensualis delectationis. Rñdetur q̃ sic. quia vult ei q̃cunq; ꝑsunt ad opandũ ſm virtutẽ eodẽ modo quo ad h̃ ꝑsunt. sed bona exteriora isto mõ sunt maxima bona quo mõ ꝑsunt ad opa virtutũ. nõ em̃ sunt bona vt ordinãt ad opa virtuosa vel vt ipsa ductiua sunt ab operibus virtutũ Ex illo tñ nõ sequit̃. q̃ amicus velit amico maximas pecunias mundanas prãtes vel delectationes sensibiles. quia ista sunt corꝑis maxime bona vt patet septimo politice. sed amicus vult bene amico moderate ista predicta z hec de secundo.

Ad rationes Ante oppositum. Ad primam dicitur q̃ amicicia ꝑfecta non est ꝓpter bonũ tpale. sed ꝓpter bonũ virtutis ideo q̃uis amici sint dissimiles in bonis temporalibus adhuc possunt remanere simules in bonis virtutis

UVA. BHSC. IyR_098_1

Perfecta enim amicicia est maxima in virtute ⁊ minima in statu tempozali. ideo stat delectum a statu tempozali esse similem ei cui accidit euforunium. Ad secundam dr q nō est idez penitus velle amico maxima bona ⁊ velle eas sibi. qz vt dicit philosophus. licz amicus velit amico maxima bona. tū nō vult ei ea pre omnib⁹. maxime fieri magis q̄ sibijpsi Ad terciā dr q amicus sic credidit se dignum assumet sibi bonum citius q̄ alteri relinq̄t et sic potest se preferre in benuolentia nisi credat amicum esse magis dignum. sed ex hoc non sequitur. q non velit amico maxima bona vt dictum est.

Magis autem amicicia existente in amare ⁊ amari laudatis amicoz virtus amare videtur. quare in quibus hoc fit fm dignitatem isti mansiui amici et taliū amicicia. sic autem vtiq̄ ⁊ inequales maxime autem amici equabuntur enim vtiq̄. equalitas autem et similitudo amicicia. Et maxime quidem eozum que fm virtutem similitudo. mansiui enim existentes fm seipsos ⁊ ad inuicem manent et neq̄ indigent prauis neq̄ ministrant talia. sed vt dicere ⁊ prohibent. bonozum enim neq̄ ipsos peccare neq̄ amicis concedere ministrare. Mali autem firmum quidem non habent. neq̄ enim sibijpsis permanent similes existentes In paucum enim tempus fiunt amici gaudentes ad inuicem malicia. Utiles autem et delectabiles in plus permanent. Usq̄ enim vtiq̄ tribuant delectationes vel vtilitates ad inuicem Ex contrarijs autem maxime quidem videtur propter vtile fieri amicicia. puta pauper diuiti indisciplinatus scienti. Quo enim existit aliquis indigens est hoc appetens redonat aliud. Hic autem vtiq̄ aliquis attrahit et amatum et amatozem et pulchrum et turpe. Propter quod videntur amatozes ridiculi quando q̄ dignificantes amari vt amant. sed tamen amabiles existentes equaliter forte dignificādum. nihil autem tale habentes ridiculū. Forte autem neq̄ appetit contrariuz. contrarium fm seipsum sed fm accidēs. appetitus autem medij est. hocē bonum. puta sicco non humidum fieri. sed ad mediuz venire. et calido ⁊ alijs similiter. Hec quidez igitur dimittantur etē est magis alienum

Queritur undecimo.

Utrum amare sit melius q̄ amari Arguitur primo q̄ non. quia illud est melius quod est appetibilius. sz amari est appetibilius q̄ amare. vt patet per philosophum. videtur enim multis magis amari q̄ amare. Arguit secundo. sicut se habet amans ad amatum. ita amare ad amari. sed amatum est melius amante. eo q̄ amatum habet ratōem finis. amās vero rationem agentis. sed finis est quid optimum. igitur. Arguitur tercio. amare ad amari se habet. sicut honozare ad honozari. sed honozari est melius q̄ honozare. eo q̄ liberius est melius seruiliozi quia seruus tenetur dominum honozare ⁊ non econtra

In oppositum est philosophus qui postq̄ ostendit q̄ amicicia que est inequalium personarum saluatur penes hoc quod est amare ⁊ amari Consequenter ostendit qualiter amare et amari se habeant ad inuicem. Et primo q̄ amare est magis propinquum amicicie q̄ amari. de quo in primo articulo videbitur. Secundo ostendit q̄ per hoc quod est amare ⁊ amari proportionabiliter conseruatur amicicia. de quo in secundo articulo videbitur. Et ad hoc primo ostendit quare aliqui magis volunt amari q̄ amare. hoc enim est quia sunt amatozes honozis. maz ad excellentiozes quibus debeatur honoz pertinet q̄ magis amentur q̄ ament. Et hoc quod dictum est probat philosophus per signum. nam ex hoc q̄ multi volunt magis amari q̄ amare. puenit q̄ multi sunt amatozes adulationis. qui scilicet delectantur in hoc q̄ aliquis eis adulatur. Adulatoz enim in rei veritate est amicus super excessus. quia minozis est adulari. Unde adulatio est cum aliquis fingit se talem q̄ magis amet. ergo ametur. Qz autem propter honozem contingat q̄ aliquis velit magis amari q̄ amare. exponit philosophus dicens. q̄ amari videtur esse propinquum ei quod est honozari. sed honozari desideratur a multis. honoz enim est quoddam signum bonitatis eius qui honozatur. amatur enim vnū quodq̄ quod est vel apparet bonum. Sed circa comparationem eius quod est amari ad id quod est honozari

Notandum secundo. q̄ homines videntur cupere honozem non propter ipsum honozem. sed per accidens Duobus enim generibus hominum homines maxime q̄runt honozari scilicet potentibus non propter quem accipiunt inde. Estimant enim ab istis a quibus honozantur se adepturos esse aliquod quo indigent. ⁊ ita gaudēt de honoze quasi de quodam signo bone affectiōis. honoz autem est ad eos. Alij autem volūt honozari a virtuosis et scientibus. qz per hoc appetunt firmare propriā opinionem de sua bonitate. ⁊ ita p se gaudēt de eo q̄ sunt boni q̄ si hoc credentes iudicio bonozum qui videnr eos esse bonos q̄ ipsos honozant.

Conclusio prima

Amari est melius q̄ honozari. Probatur. quia amicicia est fm se eligibilis. nam homines gaudent de eo q̄ amantur. Etiam fm seipm. quia hoc ipsum quod est

UVA. BHSC. IyR_098_1

habere amicos videtur esse precipuum inter bona exteri
ra. honorare autem est bonum per accidens. igitur.

Conclusio secunda. frus amicicie magis consistit in amare q̄ amari. z sic amare est melius q̄ amari. Probat philosophus. quia amicicia dr per modum cuiusdam habitus vt dictum est supra. sed habitus determinatur ad operatões. Et amare est bene operari. amari autem potius bene pati. ergo magis propinquum est amicicie amare q̄ amari. Probatur etiam per signum. quia matres q̄rum est vehemens amicicia ad filios magis delectantur in hoc q̄ amant filios q̄ q̄ amentur ab eis. Quedaz em̄ matres dant filios suos alijs ad nutriendum z scientes eos esse filios amant eos. non tamen multum querũt q̄ ab eis reamentur si hoc fieri non potest. sed videtur eis sufficere vt videant q̄ bñ se habeant. z ita ipse amãt filios q̄uis filij non possint matri retribuere q̄uenientẽ amorez eo q̄ ignorãt illã esse matrem.

Dubitatur primo.

Qualiter amicicia est permansiua fm hoc quod dictuz est amare proportionabiliter. Respondet philosophus primo. q̄ amici laudantur ex hoc q̄ amant. z non ex eo q̄ amantur. sed vnusquisq̄ laudatur fm propriam virtutẽ ergo virtus amicozum attenditur fm hoc quod est amare. ideo omnes remanent amici quibus conuenit amare amicos fm proportionem dignitatis eozum. z taliũ amicicia est perseuerans. sic enim dum seinuicem amant fm suam dignitatem. Etiam illi qui sunt inequales conditione poterant esse amici. quia per hoc equabuntur dñ vnus eozum magis deficit a bonitate aut in quacunq̄ excellentia eo plus amat. z ita habundantia amoris recõpensat delectum conditionis vbi per quandam similitudinem z equalitatem que proprie pertinet ad amicitiam fiunt z perseuerant amici. Secundo comparando ad diuersas species amicicie fm p̄dicta ostendit philosophus que amicicia est maxime permansiua dicens. q̄ similitudo (que est amicicie factiua z conseruatiua) est inter virtuosos qui permanent similes in seipsis. quia non de facili mutantur de vno in aliud. z permanent etiam in amicicia ad inuicem. z hoc ideo quia vnus ipsozum non indiget q̄ pro eo alius faciat prauum et neuter eozum deseruit alteri de aliquo prauo. Sed si querit dici q̄ inter virtuosos sit aliquod prauum magis vnus eozum prohibet alterum prave operari. nam ad bonos pertinet q̄ neq̄ ipsi placent neq̄ sustineant q̄ aliqui eozum amici peccent et sic amicicia virtuosozum est maxime permansiua. sed econtra amicicia malozum est minime permansiua. quia non habent firme z stabile fundamentum in seipsis. quia malicie cui insunt fm se est odibil' oportet q̄ per diuersa affectus eozum varietur dum nihil inueniunt in quo affectus eozum quiescere possit. z ita neq̄ sibijpsis diu pmanent stabiles. sed bonum volunt contraria eozum qui plus voluerunt. z sic ad paucum tempus sunt amici q̄diu sz sunt gauisi in malicia in qua concordãt amici. Amici autem vtiles z delectabiles medio modo se habent. nam tales magis permanent sibijpsi similes in amicicia q̄ mali. quia vtilitas z delectatio in se habent vnde amentur. et ergo tam diu durat talium amicicia q̄ diu sibijmuicem tribuunt mutuo vtilitates et delectationes. Secus autem est de illis qui sunt amici propter maliciam. que fm se nihil habet amabilitatis.

Dubitatur secundo circa amicitiam contrariozuz ad inuicem in qua specie amicicie contingit q̄ inter contrarietates amicozum maxime videntur esse propter vtilitatẽ inquantum scilicet vnus amicorũ appetit ab alio id quo ipse indiget vt redonet ei aliquid aliud: sicut pauper appetit consequi diuitias a diuite pro quibus impendit ei obsequium pro illis. Hoc etiam potest pertinere ad amicitiam delectabilis. Probat philosophus dicens. q̄ ad hunc modum amicicie potest etiam trahi amozum venereum quo amator amat amasiam. Est enim quandoq̄z ibi contrarietas sicut inter turpe et pulchrum. In amicicia autem que est propter virtutem contrarietas hoc modo non habet locum. quia in tali amicicia est similitudo. vt supra patuit. Ex dictis infert philosophus vnum corelarium dicens. q̄ quia inter amatorem z amatum est quandoq̄z contrarietas: sicut inter turpe et pulchrum

Inde est q̄ quandoq̄z deridendi sunt amatores qui reputant se dignos vt tantum amentur quantum adamant quod est quoddam dignũ. et si equaliter sint amabiles sed si nihil habeãt quo sint digni rñ amari ridiculum est si querant. Deinde ostendit philosophus quomodo contrarium appetit suum contrarium dicens. q̄ hoc non est fm se sed fm accidens. Per se enim non appetitur medium quod est bonum subiecto quia afficitur p vnum contrarium in excessu. puta si corpus amici hominis sit valde siccum nomine bonum est appetibile fieri siccum per se loquendo. Sed venire ad medium quod accidit supueniente humido. z eadem ratio est de calido et de alijs contrarijs. Et quia hoc magis pertinet ad phisicam cõsiderationem. ideo est hic ꝑtermittendum.

Ad rationes ante oppositũ.

Ad primã dicitur q̄ vulgares intendunt amicitiam propter vtile z delectabile principaliter. ideo magis intendunt amari q̄ amare. sed sapientes aliter volunt.

Ad secundam dicitur. q̄ fm commentatorem secundo celi duplex est finis. scilicet fm primam intentionem. z ille est alijs melior. sic enim deus est finis aliorum. Alius est finis fm secundam intentionez. et ille non ẽ alijs nobilior. et sic sumus fines dei.

Ad terciam dicitur q̄ honorare est melius et liberius q̄ honorari si potest aliquis ignotus z ignorans honorari. Sed honorare est volentis et libere eligentis. verũ tamen honor desiderat in honorato meliorem statum vel nobiliorem conditionem q̄ in honorante propter qõ minor debet honorare maiorem. sed p hoc non comperatur status vnus ad statum alterius

Idetur autem quemadmodum in principijs dictum est circa eadem et in eisdem esse et amicicia et iustum: In omni enim communicatione videtur aliquod iustum esse amicicia autem. Appellant igitur vt amicos cõiugatores z cõmilitones Silr aũt z eos q̄ in alijs cõmunicatio

UVA. BHSC. IyR_098_1

Dubitatur secundo.vtrum in perfecta felicitate que erit in patria amici sint necessarij. Et videtur q̃ sic.qz talis felicitas frequenter in scripturis nomine glorie designatur.sed gloria in hoc consistit q̃ bonum hom̃is ad noticiã multorum deducatur.ergo zc. Item dicit Boetius nullius rei sine ꝓsortio iocunda est possessio.sed ad talem beatitudinem requiritur delectatio Item charitas in beatitudine perficietur.sed charitas se extendit ad dilectiõez dei z proximi.ergo ad predictam beatitudinem requiritur societas amicorum. Respondetur q̃ ad hãc beatitudinem supernaturalem (que erit in patria) non requirit societas amicorum de necessitate aliqua.quia homo habet totam plenitudinem sue perfectionis in deo.sz tamen ad bene esse illius beatitudinis facit societas aliquorum. Ad primam rationem dubij ẽt q̃ homo querit gloriam que est eẽntialis beatitudini apud hominẽ.sed soluz apud deum. Ad secundam ẽt q̃ illud ꝓbum intelligitur quãdo in illo bono non est plena sufficientia.quod in proposito dici non potest.quia omnem sufficiẽtiam habet homo in deo. Ad terciam ẽt.q̃ pfectio charitatis est eẽntialis beatitudini quãtum ad dilectionẽ dei.nõ aũt proximi. iõ si essz vnus solus amicus fruẽs deo beatus eẽt nõ habẽs primum quẽ diligerz. Sz supposito proximo seq̃tur dilectio eius ex pfecta dilectõe dei.iõ q̃si ꝓcomitãter se habet amicicia ad amicicią pfectã.z hec de secõdo.

Ad rationes ante oppositum.

Ad pmã ẽt. q̃ sapiẽs seipso ꝓtẽtus est ad beate z bene viuẽdum.non tamẽ ad inuãdũ Virtus em̃ q̃ homo viuit sancte z bñ non querit extrinsecus instrumẽta. Vel sic intelligitur sapiẽs seipso contentus est.nõ vt velit eẽ sine amico.sz vt sine eo sufficiẽter z bñ viuere possit Ad secundam ẽt.q̃ felix indiget amicis nõ propter vtilitatem cum sit p se sufficiẽs.nec propter dilectõem ꝓtutis.sz ꝓpter bonã operationẽ.vt scz eis benefaciat z vt eos videns bñfacere delectet.z vt etiam ab eis bñfaciẽdo coadiuuet. Indiget em̃ homo auxilio amicoz ad bñ operandum.tam in opibus vite actiue q̃ speculatiue. Et p idem soluitur tercia ratio.

UVA. BHSC. IyR_098_1

Trũ igit̃ ꝯplurimos amicos faciẽdũ vt̃ quẽadmodũ in peregrinatõne prudẽter dictũ esse videt̃. neq; multũ peregrin⁹ neq; nõ pegrin⁹ nocet ⁊ in amicicia congruet. neq; nõ amicũ cẽ. neq; rursus multũ amicũ ꝑm supab/undãtiã. His q̃dẽ igit̃ q̃ ad oportunitatẽ ⁊ oĩno videbit̃ ꝓgruere qđ dictũ est. multis em̃ re/ministrare laborioſuz ⁊ nõ sufficiẽs vita ipsi ℔ agere. plures vtiq; ꝯ q̃ ad ꝓpriã vitã nimis distractui ⁊ impeditiui ad bñ viuere Nihil ergo op⁹ est ipsis. Sz ⁊ q̃ ad delectatõem sufficiũt pauci quẽadmodũ in cibo delectamẽtũ. Studioſos aũt vtrũ plures ꝑm numerũ vel est quedam mẽſura ⁊ amicabil̃ multitudinis quẽad modũ ciuitatis. neq; em̃ ex decẽ hoĩbus vtiq; ciuitas. neq; ex decẽ miliadib⁹ adhuc ciuitas est. quãtũ aũt est forte vnũ aliq̃d. sed oñe inter mediũ q̃rundã determiat. Et amicoz vtiq; est q̃dã multitudo determinatoz ⁊ forte qm̃ plu/res cũ q̃bus vtiq; poterit q̃s ꝯuiuere. hoc em̃ videbatur amicabilius eẽ qm̃ aũt nõ possibile multis ꝯuiuere ⁊ distribuere seip̃m nõ imma/nifestũ. Adhuc aũt ⁊ illos oz amicos ad inuicẽ esse. si debẽt oñes ad inuicẽ ꝓmoueri. ℔ autẽ operoſuz in multis existere. difficile fit ⁊ ꝓgau dere ⁊ ꝓdolere familiariter multis Verisil̃e em̃ ꝓcidere sil̃ huic q̃dẽ ꝓdelcãri. huic aũt ꝓtristari Forte igit̃ bñ hz nõ q̃rere vt mltũ amicissimũ esse. sed tot quot in ꝯuiuere sufficiẽter. neq; em̃ ꝓtingere videbit̃ vtiq; multis esse amicũ val/de ꝓpter qđ neq; amare plures. supabũdãtia em̃ q̃dã esse vult amicicie. hec aũt ad vnũ ⁊ val de vtile vtiq; ad paucos Sic aũt videt̃ hrẽ ⁊ in reb⁹ nõ sunt em̃ amici multi ꝑm ⁊ hayricã ami ciciã ymmisare ãt in duob⁹ dicunt̃ polifili aũt ⁊ oĩb⁹ familiariter patiẽtes nulli vident̃ amici tñ politici q̃s vocãt placidos Politice q̃dẽ igit̃ in multis esse amicũ ⁊ nõ placidũ entem. sed vt vere ep̃yeikeia ꝓpter virtutem aũt ⁊ ꝓpter seipsos non est ad multos amabile aũt et pau cos inuenire tales

Quæritur Utruz aliq̃s debeat sibi facere ꝯ plurimos amicos. Arguitur primo q̃ non rõnibus textus ꝑmo. quia in prouerbio de peregrinatione dicitur prudenter neq; multũ peregrin⁹ neq; non peregrinus ⁊ non dicat̃ de me q̃ nimis discur/ram ꝑ diuersas terras etiam q̃ nunq; extra domũ meaz etiam causa peregrinationis. ergo consiliter congruit esse circa amicicíam. vt sz neq; aliquis nulli sit amicus neq; etiam sit multis amicus ꝑm habundantiã Scõo argui tur. quia nimis laborioſuz esset hominibus multis obse qui. sed hoc est oportunũ si multos quis habeat amicos igitur Tercio si sic tunc oporteret q̃ homo intenderet eorum negociis. sed hoc esset sibi nociuuz. quia sic nõ pos/set sibi debite prouidere. ergo nullus debet sibi prouidere ꝯ plurimos amicos. In oppositum est philosophus. quia postq̃ prosequutus est quasdam dubitationes cir ca amicíciam ex parte amantium Hic consequenter pro sequitur alias ex parte amatorum Prima est questio p̃/sens de numero amicoz. Scõa de necessitate ipsorum. Et tercia de ꝓuictu eoz. Pro solutione p̃ntis questiõis

Notanduz q̃ ipsa est intelligibilis tripl̃r ꝑm triplicem amicíciã. ⁊ ꝑ queri an melius sit quanto quis plures ha beat vt oporteat quandã adhibere mensurã circa multi/tudinẽ amicoz. sicut de multitudine ciuitatis patet. q̃ ne/q; constat ex decem hominib⁹ tñ. Et si constat ex decem miliaribus. id est centũ milibus. nam milias idez est q̃ de cem milia iam ꝓpter multitudinẽ non erit ciuitas sed q̃ dam regio Quanta autem multitudo sit necessaria ad ci uitatem non est determinatum ꝑm aliquã vitam: quia ꝑ esse ciuitas maior ⁊ minor. Sed possunt accipi duo extre ma que quidẽ medium possunt determinare vt congru/ens multum ciuitatis Tunc sit

Conclusio prima

In amicicia vtilis vel delectabilis nullus debet sibi face re supfluam multitudinem. probat philosophus. Et pri/mo de amicicia vtilis rõnibus ante oppositum factis. q̃ si homo habeat multos amicos a quibus recipiat obse/quia opz etiam q̃ eis obsequatur. sed hoc est valde labo/rioſum totaliter tñ ad hoc non sufficeret tempus vite ho minis: Itẽ si sint plures amici vtiles ꝯ necessarij sint ad vitã hoĩs nimis distraherent vt eũ impedirẽt a bona vi ta que consistit in opatione q̃ dum homo supflue intẽdit negociis alioz consequens est q̃ non posset debitam cu/ram gerere de seipso. g̃ non est opus homini habere plu/res amicos vtiles. Secunda pars conclusionis probat. q̃ delectio exterior q̃ p tales amici habetur in via hũana est sicut quoddã delectamentũ in cibo qđ etiã si puum sit sufficit. g̃ a simili etiã pauci amici sufficiunt homini ad de lectationem vt cum eis recreatur ꝑ aliquod tempus.

Conclusio secunda. In amicicia que est ꝓpter honestũ non oportet immensam esse multitudinem amicoruz. sed debet esse determinata Probat tribus rõnib⁹ Prima lz in amicicia q̃ est ꝑm virtutẽ sint plures cũ q̃bus hõ posset conuiuere tamen non est possibile q̃ homo conuiuat imo derate multitudini ⁊ q̃ distribuat se inter multos. igitur

UVA. BHSC. IyR_098_1

Secõ oportet amicos ad inuicẽ ꝓuiuere. ergo si aliqs habet multos amicos oportz etiam q illi sint amici ad inuicẽ. aliter nõ pñt ad inuicẽ ꝓmoueri. z p ꝑs necz ꝓuiuere amico. sed difficile est seruare in multis q sint amici ad inuicẽ. igit nõ est possibile q vn⁹ hõ habeat plures amicos Tercio amic⁹ ꝓgaudet z ꝓdolet amico. sed difficile ẽ q aliqs ꝓgaudet z ꝓdoleat multis. Nã sic accidit q oz cũ vno delectari z cũ alio tristari qđ est impossibile. g nõ est possibile habere plures amicos. Ex dictis ꝓcludit pbus q nõ bñ se hz q homo querat fieri amatissimus multis. Sed sufficit q sit amic⁹ tot quot sufficiunt ad ꝓiunctuz sicut etiã neczm amorẽ libidinosum vn⁹ hõ nõ amat plures mulieres intenso amore. quia perfecta amicicia in quadam superabundãtia amoris consistit qui nõ potest obseruari nisi ad vnuz vel p[illegible]s valde. illud em qđ sup abundat paucis competit. q[illegible] nõ potest in multis ꝓtin gere q ad summã perfectõem deueniat ꝓpter multipli ces defectus z impedimẽta. Deinde pbat pbs ꝓclusio nẽ p experientiam. q ita videmus accidere q vnus ad pau cos habeat amicitiam. Non enim multi inueniuntur esse amici vnius m amicitiam athayriam. id est sodalitũ vel cõnutritorum. quod probat ex quodam prouerbio nihil repñtare in duobus. Cõsuetum est enim vt in pluribus q iuuenes incedant vniti socialiter cantantes polipholij id est amatores multoruz. que scz omnibus familiariter ponuntur non videtur esse veri amici alicui. quia diu nul li conuiuunt. sed pertranseunt. z habent se familiariter ad vnumquẽczm. Sed tales amicicie vocantur politice. id est quod est consuetum in ciuitatibus in quibus amicicia ex talibus applausibus z familiaritatib⁹ iudicatur. hos aũt qui sic sunt amici multorum vocãt hoies placidos quod sonat in vicium superabundãtie in ꝓdelectando. sicut in quarto dictum est. Quantum ad secũdum.

Dubitatur primo.

Secõm quã amicitiam aliqui dicuntur esse amici multo/rum. Rñdet pbs. q hoc est m amicitiã politicam. nõ ta men eodem modo sicut nũc dictum est. q placidus ẽ ami cus multorum. sed hoc etiam potest competere alicui ve re ꝓtuoso. qz vt dictũ est supra politica amicicia videtur esse idem quod ꝓcordia. sed virtuosus cum multis cõ/cordat in his que pertinent ad vitam politicã. igitur Nõ tñ ꝓtingit q virtuosus habeat amicitiam ad multos ꝓ ter virtutem. ita q diligat eos propter seipos z tamẽ nõ propter vtile vel delectabile. immo multũ debet eẽ ama/bile hoi z charum. si tales paucos amicos possit inuenire scz propter virtutem z m seipsos.

Dubitatur secõ. qđ sit melius vel amare amicuz vel inimicũ Videtur scõm. qz illud est melius ad quod ẽ ma ior conatus. sed maiorem conatum oportet hominez ha/bere ad amãdum inimicum. quia difficilius est. igitur zẽ Rñdetur q iste dilectões dupl⁹ compari possunt. Uno mõ ex parte proximi qui diligitur. Alio modo ex pte rõ/nis propter quam diligitur qui est ipse deus. Primo mõ delectatio amici ꝑminet delectatõi inimici. quia amicus melior est z magis iunctus. iõ est in amicicia ꝓuenien/tior dilectõi. Et propter hoc actus dilectionis sup hanc materiam trãsiens est melior. Nã eius oppositum est de/terius. nã peius est odire amicũ ꝙ inimicũ. Secũdo aute modo dilectio inimici ꝑminet propter duo Primo. quia dilectõis amici potest esse amicicia cã z alia ꝙ de⁹ Sz di lectõis inimici solus deus est rõ. Secõ quia supposito q vterczm ꝓpter deũ diligatur. tamẽ fortior ostendit dei dile ctio. que animũ hois ad remotiora extẽdit. scz ad dilectõ nem inimici. sicut virtus ignis tanto est fortior quãto ad remotiora se extendit. tanto etiaz ostenditur predicta di/lectio esse fortior quanto per ipsaz difficiliora implemus sicut et virtus ignis est tanto fortior quãto potest combu rere materiam min⁹ combustibilem. sed sicut idem ig/nis fortius agit in propinquiora ꝙ in distantiora. ita etiã charitas feruentius diligit coniunctos ꝙ remotos. Et quantum ad hoc dilectio proximorum m se considera/ta est feruentior z melior dilectione inimicorum. Ad rationem dubij dicitur. q procedit ex parte eorum q dili guntur. Rationes ante oppositum solubiles sunt ex dictis faciliter.

Utrum autez in bonis fortunis amicis opus est magis vl in infortunijs. in am bobus aũt requrunt. etem infortunati indigent auxilio. z fortunati ꝓuuentibus z qbus bñfa ciant volũt em bñ opari. Necessarium magis qdem vtiqz in infortunijs. propter quod vtili/by hic opus est. melius aũt in bonis fortunis propter qđ z eyeikes grunt. hos em eligibili/bus bñficiare z cũ his ꝓuersari Est em z pñtia ipsa amicoz delectabilis et in bonis fortunis z in infortunijs. Alleuiant em tristari ꝓdolen tib⁹ amicis. propter qđ z si dubitabit aliquis vtz quẽadmodũ graue trãssumũt. vel h qdem nõ pñtia aũt ipsoz delectabil' exñs z intellect⁹ eius qđ est ꝓdolere minorẽ tristiciã facit Siq dem igitur ꝓpter hoc. vl' propter aliquid aliud alleuiantur dimittatur Accidere autem igitur videtur quod dictũ est. Uidetur autem presen tia mixta quedam ipsorum esse ipsum quidẽ em videre amicos delectabile aliterqz z infortuna to. z fit quoddam auxilium ad non tristari. con solatiuum enim amicus z visione et sermone si sit epidixius. Nouit enim morem z in qbus delectatur et tristatur. tristatum autem sentire in ipius infortunijs triste. omnis em fugit tri/sticie causa esse amicis. Propter quod viriles qdem m naturam reuerent cõtristari amicos ipsis. z si nõ suptendat in nõ tristicia eã q illis

UVA. BHSC. IyR_098_1

fit tristiciam non sustinent totaliterqz in com/plorantibus non complacet propter neqz esse ipse ploratiuus muliebriter autem t tales vi/ri t coangustiatis gaudent. et amant vt ami/cos t condolentes. Imitari autem in omnib oportet vide meliorem. In bonis autem fortu nis amicorum presentia et conuersationem de lectabilem habet t intelligentiam. quoniã de/lectatur in ipsis bonis. Propter quod videbi tur vtiqz oportere ad bonas fortunas quidem vocare amicos prompte beneficium em̃ opor tet esse bonum. ad infortunia autem pigritan/tem. tradere enim vt minimum oportet malo rum vnde hoc sufficienter ergo infortunas ma xime autem ad vocandum cum debeant pau ca facta magna ipsum iuuare. Ire autem ecõ/uerso forte congruit ad infortunatos quidẽ nõ vocatum prompte. amici em̃ benefacere t ma xime his qui in necessitate. hoc non in digni fi cantibus. ambobus em̃ melius t delectabi/lius ad bonas fortunas autem coopantem q/dem prompte. Ad hec em̃ necessitas amicorũ ad bonam autem passionem quiete. non enim bonum promptum fieri iuuari opinione autẽ indelectationis immorari forte reuerendum. Quandoqz em̃ accidit presentia ita qz amicoꝝ in omnib vtiqz eligibilis videtur.

Queritur Vtrum magis sit opus amicis in bonis fortune q̃ in malis.

Arguitur primo q sic. quia tunc magis sunt amici quando sunt nobis meliores siue quando melius est no/bis conuersari cum ipsis. sed hoc est in bonis fortune. ꝙ

Secundo sic. quando magis est opus amicis tũc ma gis vocandi sunt. sed eufortunati magis vocant amicos q̃ infortunati. ergo: Tercio sic. tunc magis est opus amicis quando vita est minus secura. sed quanto ma/ior est fortuna tanto vita est minus secura. nam dies mi/nus secure viuit. nam ei magis inuidetur eo q multa pos sidet que alij aliquando desiderant. ergo t̃c. In oppo/situm est phus qui postqz soluit dubitationem de multi/tudine amicorum. consequenter soluit vnã aliã dubitati onem de necessitate. dicens q in vtraqz fortuna scilz tam prospera q̃ aduersa reqrunt amici. Nam in infortunijs reqrunt amici qui homini ferũt auxilia. in fortunijs autez hoies egent amicis q̃bus ꝙuiuãt et beneficiant. si em̃ vir tuosi sint volũt bene opari. qz ergo in vtraqz fortuna op⁹ est amicis. ideo q̃rit in quib magis opus sit amicis.

Conclusio prima

Habere amicũ est hoi magis necãriuz in malis fortunis q̃ in bonis. Probat qz in ipsis indiget hõ auxilio qõ fit p ipsos amicos. nõ aũt tantũ in eufortunio. ergo. Et inde est q hõ in tali statu hz opus amicis vtilib q ei auxiliuz ꝙferant. sed tñ (vt dt textus) in bonis fortunis est meli⁹ id est honestius habere amicos q̃ in malis fortunis. et h̃ ꝓbant due ꝓme rõnes ante oppositũ. Et inde est q in h̃ statu querũt hoies amicos virtuosos. qz eligibilius est talib benefacere t cũ eis ꝙuersari.

Conclusio secũda. opus est amicis in vtraqz fortuna in tantũ q pñtia amicoꝝ est delectabilis. Probat phs ꝓ mo in mala fortuna. qz hoies existentes in tristicia alle/uiationẽ quãdã sentiũt ex pñsentia amicoꝝ eis ꝙdolentiũ ergo pñtia amicoꝝ est delectabilis in mala fortuna. Alñs ꝓbat phs dupl̃r. Primo exemplo illoꝝ qui portãt aliqd̃ pondus graue quoꝝ vnus alleuiatur socierate alterius onus illud secũ ferentis. ergo a sili videt q onus tristicie melius ferat vnus amicoꝝ si alius idem secũ ferat. Se/cũdo pz idem. qz q̃libet delectatio supueniens minuit tri/sticiam. sed amicus pñs existens t ꝙdolens delectati/onẽ ingerit dupl̃r. Uno mõ qz cũ intelligit eũ sibi ꝙdole re delectar in eius tristicia t sic minorar. Et qz hoc est pre ter ꝓncipale ꝓpositũ subiũgit textus q ad pñs dimittẽ dum est inqrere vtrũ ꝓpter hoc qd dictũ est vel aliud alle uietur hois tristicia ex pñsentia amicoꝝ ꝙdolentiũ. mani/feste tñ pz accidere hoc qd dictũ est. Et vt dicit textus p̃ sentia amici ꝙdolentis hz quãdam tristiciam delectatio ni annexã. Q aũt habeat delectatõnem declarat phus primo qz ipsa visio amicorum est delectabilis in fortuna to. qui ab amico coadiuuatur ad hoc q nõ tristet inqtuz amicus ꝙsoletur suũ amicum. t etiã ex sermone si sit ido neus ad ꝙsolandũ. Cognoscit etiã vnus amicus mores alterius. t in quib ipse delectar t tristar. t sic potest ei cõ ueniens remediũ exhibere ꝓtra tristiciã. Et sic pz ꝓ quez modũ pñtia amici ꝙdolentis est delectabilis. sed ex alia parte est tristis inqtum homo sentit amicũ tristari in in/fortunijs. quilibet em̃ hõ bene dispositus fugat inqtũ ꝑt esse cãm tristicie ab amicis suis. Ex ꝓdictis infert phus q homines virilis animi naturaliter verentur t cauent ne amici eorum ꝓpter ipsos tristent. Est autez de natura amicicie q amicus velit benefacere amico. nõ autez est ei causa alicuius mali. ideo virtues nullo modo sustinent su os amicos ꝓpter eos contristari nisi superexcedat auxili/um qd ab illis amicis ꝑcrez ad nõ ꝓtristandũ tristiciam amicoꝝ. sustinent em̃ p modicam tristiciã amicorũ suoꝝ tristiciã subleuari. t vniuersaliter virilib hoib nõ placet habere ꝓploratores. qz nõ sunt ploratiui. Sunt aũt q̃dã viri muliebriter dispositi (vt dicit textus) qui delectãtur in hoc q habent secuz aliquos simul angustiatos t amãt eos qui sibi ꝙdolent. sed in hac diuersitate homine imita ri oportet meliores q̃tum ad oia. Secũda pars ꝓclusio nis probatur. quia talis presentia amicorum primo con/seruat amicos inqtum est delectabilis cuz amicis. Itez per hoc q homo intelligit amicos suos delectari delecta tur etiaz in ꝓprijs bonis. querit enim vnusquisqz ami/cis suis esse causa delectationis et inquantum potest co/natur eis auxilium prestare

UVA. BHSC. IyR_098_1

Dubitatur primo

Utrum similitudo de alienatione ponderis ⁊ tristicie sit conueniens Arguitur q non qz non est eiusdem tristicie in numero quam quis patitur dum alius partem sibi assumit vt ex ꝫ alterius tristicia minuat. sicut ꝓtingit in pōdere Rūdetur q licz silimitudo nō congruat ꝯtum ad ipam tristiciā in se. tū ꝑt cōgruere ꝯtum ad cām tristicie puta si aliquis tristat ex damno qđ passus est. dum amicus ptem damni assumit minuit damnū alterius. ⁊ p cōsequens tristicia Dubitatur scđo de documentis moralib⁹ in textu positis circa naturam amici quot ⁊ q̄ sint. Respondetur q sunt duplicia in genere. quedam ptinet ad eos que conuocant amicos. ⁊ quedā ad eos que sponte ad amicos accedunt Circa primum ponunt tria documenta moralia Primū est. q delectabile est q hō intelligat amicos suos in ꝓprijs bonis delectari. ⁊ q homo prompte vocet amicos suos ad suas bonas fortunas. ꝯ ergo q homo bonus benefaciat amico suo. Secundū documentū est. q homo tarde ⁊ q̄dam pigricia vocet amicū suū ad suā malaz fortunam. naz hō debet tarde amico suo quantū ꝑt ostendere infortumiū suū. ⁊ ad hoc adducit quoddā prouerbiū cuiusdā dicentis Sufficienter ego in fortunans. quasi diceret. sufficit q ego infortuniū patiar. Tercū documentū est. q tunc sunt maxime amici ad infortunia vocandi quando cū pauca sua ꝓturbatione pūt amico magnum iuuamē prestare Deinde ponit alia tria documenta ex parte sponte eumtium ad amicos. Primū est q ad amicos in infortunijs existētes oportet prompte ire aliquem etiam non vocatum. quia amici est benefacere amicis ⁊ maxime hꝭ qui sunt in necessitate. ⁊ qui dignificant. id est dignum ducunt hoc requirere ab amico. sic em̄ dum auxilium prestatur non requirenti ambob⁹. sz prestanti et non requirenti sit melius. quia ille qui dat magis facit opus virtutis. quia videtur magis sponte dare et ille qui recipit virtuose agit nolendo amicum grauare Est etiam ambobus delectabilibus. quia recipienti ꝓtitur a verecundia quam quis patitur in requirendo amicum. ⁊ dans magis delectatur q ex seipso non prouocatus facit opus virtutis. Secunduz documentum est q ad bonas fortunas prompte debet se homo offerre ad cooperandum ei cum necesse fuerit. quia ad hoc homo indiget amicis vt ei cooperetur Tercium documentuz est q ad hoc q homo bene patiatur ab amico bene fortunato debet homo accedere quiete. i. remisse ⁊ non de facili. nam non est bonū q hō reddat se promptū ad suscipienduz iuuamen ab amico. sed debet vereri ⁊ cauere opinionez indelectatōis . i. ne hoc incurrat q non sit delectabilis amico. ⁊ caueat onerosum esse. id est q ꝓpter hoc se non reddat amico onerosum. quod manifestum est aliqñ accidere. nam dum aliqui nimis se ingerunt beneficijs recipiendis tunc reddunt se onerosos ⁊ indelectabiles suis amicis. Vel ꝑm aliam litteram debet homo cauere ⁊ vereri opinionem delectationis in mora. i. neꝯ amicus eius opinetur de eo q delectetur immozari circa ipm ꝓpter bñficia Ex qbus omnibus concludit ꝓbs q ꝓtia amicoꝝ in omnibus videtur esse eligibilis

Ad rationes Ante oppositū Ad omnes dz q bene ꝓbant. q in bonis fortunis magis opus est amicis quantū ad boniratem. sed non ꝓbant quin in fortunijs sit magis opus amicis ꝯtum ad necessitatē. Et differūt in ꝓposito necessitas ⁊ bonitas. qz hoīs necitas attendit hic q̄ ad salutez corꝓris et ad sustentatiōem vite. sed bonitas attendit ad virtutes ⁊ ad eoꝝ opera.

Truz igitur quēadmodum in amantib⁹ videre dilectissimum est ⁊ magis eligunt hunc sensum ꝯꝫ alios vt ꝑm hūc maxime amore ente ⁊ facto sic ⁊ amicis eligibilissimum est ꝓuiuere. cōmunicatio em̄ amicicia. et vt ad se ipsum habet. sic ⁊ ad amicum. Circa seipsum autez sensus quoniā est eligibilis. ⁊ circa amicum vtiqꝫ. operatio aūt sit ipsius in conuiuere quare conuenienter hoc appetunt. Et qñ aliquādo est singulis esse vel cuius gratia eligūt viuere in hoc cum amicis volūt cōuersari. propter quod bi q̄dem ꝓpetāt. bi aūt colludūt ad aleas. alij aūt ⁊ coexercitantur ⁊ ꝓuenantur ⁊ ꝓphilosophantur singuli in hoc cōmorantes quodcūqꝫ maxime diligūt ipsoꝝ que in vita cōuenire em̄ volentes cum amicis hoc faciunt ⁊ his ꝓmunicant quib⁹ existimāt ꝓuiuere. Sic ergo prauoꝝ q̄dem amicicia mala. ꝓmunicāt em̄ prauis instabiles entes. ⁊ mali autez fiunt assimilati adinuicem. Que aūt eoꝝ qui epiey kes coaucta colloquūs. videntur em̄ ⁊ meliores fieri operantes ⁊ dirigentes ad inuicem recipiūt em̄ ab inuicem quib⁹ ⁊ complacent vnde bona quidē em̄ a bonis De amicicia q̄dem igit̄ in tantū dictum sit. Sequēs autem vtiqꝫ erit ptransire de delectatione.

Queritur decimoquinto

Utrū delectabilissimū sit amicis inuicem ꝓuiuere.

Arguit ꝓmo q non. qz virtuoso nihil est delectabilius felicitate. sed amici vera amicicia sunt ꝓtuosi. ergo eis nihil delectabili⁹ felicitate est. sz felicitas nō est ꝓuiuere. g̃. Secūdo arguit q amicus sibi p̄eligeret esse delectabili⁹ sed amicus peligeret amicū suū esse sanū ⁊ bene fortunatum absentē ꝯꝫ esse ꝑsentē egrū ⁊ infortunatuz. g̃ amicus plus diligit virtutes ꝓprias ꝯꝫ necessitates amici. g̃ plura sunt delectabiliora amicis ꝯꝫ ꝓuiuere ad inuicē.

In oppositū est ꝓbus qui posteꝯ tractat q̄stiones de multitudine ⁊ de neēcitate amicoꝝ. ꝓsequēter inquirit de necessitate eoꝝ. ꝓponēs q̄stionē ꝑsentē que fundat in qua-

UVA. BHSC. IyR_098_1

dam assimilatōe amicicie ad amatiōem libidinosam. in qua videmus q̄ amātib⁹ est maxime delectabile videre amicicias z magis diligūt visum q̄z alios sensus exteri/ res. qz p visionē incipit fieri maxima passio amoris z fm eā dē ꝓseruar. nā fm talē talis amor. vocar. ꝑcipue a pul/ critudine quā visus ꝑcipit. Est ḡ q̄stio cōiter ꝓpotōabi/ lis visiōi in amicicia. vtrū ipm̄ viuere delectet amātes in viuctu mutuo. Vel possz dici q̄ hoc nō inducit p mo dum q̄stionis. sed p modū ꝓclōis. que seq̄tur ex hoc qđ dictū est q̄ ꝑsentia amicoꝝ in oib⁹ est delectabilis.

Sciendum

Q̄ intentio ꝓphi hic est q̄ in ter actus ab amicicia ꝓcedē tes viuere est amicis delectabilissimū z eligibilissimum act⁹ eiꝰ. ꝓprie ꝓsequētes amicicia sunt ꝓcurare. bñ velle bene facere. z viuere amico. Bene velle em̄ includit in se ꝓcurare. qz q̄cūq; vult bonū alteri vult idē q̄ z ipse. Et similiter benefacere claudit in se bene velle. qz licet q̄s bonus facere posset male volendo. tñ ꝓprie nō bene facit nisi hoc faciat modo benivolo. Et vltra viuere in amicicia bona claudit in se benefacere amico. Amico em̄ viuere est ip/ sos in hoc cōicare fm q̄ sunt boni ꝑ virtutē. ideo ipsos viuere est ipsos cōicare in ꝓbis z in opib⁹ ꝓtuosis. et hꝫ hō ꝓmo sibi facere z secūdo amico. Tūc sit

Conclusio prima

Conviuere est maxime ꝓprium z delectabile in amicicia Probat phūs trib⁹ rōnib⁹. Prima est. qz amicicia in cōi catiōe ꝓsistit. vt patuit in octauo huiꝰ. Iz amici maxime sibi inuicem cōicant in viuctu. ḡ viuere est maxime ꝓ/ priū z delectabile amicis. Secūda rō est. sicut se hz hō ad se ita ad amicū. sed ita se hz hō ad se q̄ est sibi delectabile z eligibile sentire se esse. ḡ hoc est sibi delectabile circa ami/ cum. sed hoc fit in viuendo. qz p mutuas opatōnes q̄s vident se inuicē esse sentiūt. ergo viuere amici appetūt se inuicē viuere. Tercia rō sumit ex experimento. qz vide mus q̄ hoies volūt cū suis amicis ꝓseruari fm actionē in qua ꝑncipaliꝫ delectant. quā reputant suū esse z cuius gratia eligūt suū viuere. z q̄si ad hoc totam suā vitā dis ponūt. Et inde est q̄ qdam cū amicis suis volūt potare qdam exercitari. vt in coreamentis. luctationib⁹. z alijs hmōi. qdam aūt ludere ad aleas. vel venari. vel philoso/ phari. ita q̄ singuli in illa actiōe volūt morari cū amicis. et hoc maxime diligūt inter oīa huius vite. et hmōi acti/ onem faciūt quasi volentes viuere cuz amicis. eo q̄ in hmōi actōe maxime delectētur in ipsis reputantes ꝓsi/ stere totā vitam suā. ergo viuere est delectabile z eligi/ bile in amicicia. Itē posset sic ꝓbari ꝓclusio. ille actus est delectabilis z eligibilis amicis qui ceteros actus amici/ cie includit vel formaliter vel virtualiter. sed cōviuere est hmōi. vt patuit in scōo notabili. ergo ꝛc. Itē posset ꝓbari ex dictis in ꝓmo notabili. qz viuere in amicicia cōparat videre in amore libidinoso. sed videre in amore libidino so est delectabile se tali amore amātib⁹. ergo cōviuere est delectabile in vera amicicia. Maior patz sicut visus cer/ tius iudicat et plures rerū differētias amabiles in ama/ to demōstrat. ita viuctus certitudine singulas ꝓprieta/ tes amabiles in amico demonstrat.

Conclusio secūda. Prauoꝝ amicicia est mala. bono/ rum vero z virtuosoꝝ bona. Primā partē ꝓbat phūs q̄z mali cōicantes in prauis opib⁹ fiunt ꝓtinue peiores z potentiores ad mala faciēdū. ḡ. Praui em̄ delectantur in prauis opatōib⁹ z in illis sibi inuicem cōicant. z cuz sint instabiles semp̄ de malo in peius ꝓcedūt. qz vnus efficit malus accipiendo societatem malicie alterius. Secūda pars ꝓbat. qz boni semp̄ bonis colloquijs in virtute co/ augentur. ergo amici sunt meliores in hoc q̄ simul operā tur z seinuicem diligūt. vnus em̄ ab alio accipit exemplū virtuosi operis in quo sibi ꝓplacet. Et ideo in ꝓuerbio dicit q̄ omnia bona sunt in nobis

Dubitatur prima

Vtrū possit sustineri q̄ delectabilissimū z eligibilissimuz sit amicis viuere. Videt q̄ nō ꝓpter rōnem ante oppo/ sitū dictū. Rñdent aliq̄ q̄ multa sunt amicis delectabi/ lia magis q̄z viuere. z sic dicūt q̄ viuere nō sit delecta/ bilissimū amicis. intelligendo ꝛba fm ꝓprietatē sermōis tūc viuere vt dicūt est eis multū delectabile. et hoc so/ lum dicit phūs respondendo questioni ꝑsenti. licet in q̄/ stione grat vt tū sit eis delectabilissimū. sed vt dicit Bu/ ridanus si phūs z doctores ipm̄ exponētes inueniātur loqui aliqñ in suplatiuo dicēdo q̄ viuere est magis de/ lectabilissimū. debet dici q̄ est locutio rethorica mō tra/ gelico. vbi ad laudē exprimit plus q̄z sit in illo. z illo mo/ do loquēdi capit sepe suplatiuus pro positiuo habēte no tabile magnitudinē. Quem modū obseruāt nūc moder ni ꝑdicatores exaltantes laudes sanctoꝝ. regū. z aliorū ꝑncipū. Sed debet dici ad dubiū sicut dictū est q̄ non in/ telligit q̄ viuere sit delectabilissimū simpliciter amicis. sed inter actus ꝑdictos ꝓsequentes amicicia viuere est delectabilissimū. Et sic pt sustineri cōclusio. licet Aresto. soluendo q̄stionē solū affirmet q̄ conviuere est delectabi lissimū amicis.

Dubitat secūdo. vtrū verū sit q̄ amātes se amore li/ bidinoso maxime delectentur in visu. Et videt q̄ non. qz in tactu videtur delectatio libidinosa esse maior q̄z in vi/ su. ergo temperātia maxime fm tactū attenditur. Respō detur q̄ duplicit potest attendi amor libidinosus. Vno modo fm bestialem ꝑcupiscentiā ꝑcise. z ita in tali amo/ re tangere est delectabilissimum. nam bestia femella capit quēcunq; masculuz siue turpem siue pulcrum. Alio mo/ do attendi ꝑt fm humanū viuctū quem amor hominuz hz vltra amorē bestiarū. z sic in amore libidinoso ipsuz vi dere est delectabilissimū

Ad rationes

Ante oppositū. Ad pri/ mā dz q̄ vnicuiq; eligi/ bilissimū est felicitas. sed illa nō est ꝓprie z ꝑncipalissime fm virtutem amicicie. sed fm aliam virtutem Ad se/ cūdam dicitur q̄ viuere amicoꝝ simpliciter non est in in firmitate coꝛporali ipsoꝝ vel infortuneo vel aliq̄ alio quocūq; impedimento ipsoꝝ ab operatiōe fm quam sunt principaliter amici. et ideo tale cōviuere non est nisi diminutiuū z fm quid. viuere em̄ simpliciter amicoꝝ est ꝓmunicare fm virtutes z mensurare sine impedime/ to. z includit sanum esse z sufficienter fortunatum. ideo vt sic amicis delectabilissimū est viuere Ad terciam patet solutio ex dictis

Finitur nonus Ethicoꝝ

UVA. BHSC. IyR_098_1

Ost hec aũt de delectatione seq̃/
tur ꝓtransire Maxime autez vi
detur coapꝓpari generi nostro
ꝓpter q̃ eruditi iuuenes ora
lysantes delectatione z tristicia. Videtur au
tem z ad moris virtutem maximũ esse gaude/
re quibus oportet: z odire quibus oportet pro
tendunt eĩ hec ꝑ omnem vitã z inclinatõem
habentia z potentiã ad virtutem z felicem vi/
tam delectabilia quidẽ eĩ eligunt: tristia au/
tem fugiunt. pro talib; aũt nequaq̃ videbitur
eligendũ esse. Aliter q̃z multã habentib; du/
bitationẽ hi q̃dem eĩ bonũ delectationez di/
cunt. hi autem ecõtrario valde prauũ. hi qui/
dem forte psuasi sic z habere. hi aũt existiman
tes esse melius ad vitam nostraz enunciare de
lectationem prauoz. z si non est. Inclinare eĩ
multos ad ipsam et seruire delectationib; pro
pter quod oportere in contrarium ducere. ve/
nire eĩ vtiq̃ sic ad mediũ. Ne forte aũt nõ be
ne hoc dicitur de his eĩ qui in passionibus z
actiones sermões minus sunt credibiles ope/
ribus. Cum igit̃ pissonent his que ſm sensum
ꝓtempti z verũ cointerimũt. vituperãs eĩ de
lectationẽ visus aliquando appetens inclina/
re videtur ad ipsam vt talem existentem omnẽ.
determinare eĩ non est multorum. videnť igit̃
viri sermonũ non solũ ad scire vtilissimũ esse.
sed z ad vitam. conuenientes enim entes ope
ribus creduntur. propter quod prouocant in/
telligentes et viuere ſm ipsos: talium quidem
igitur sufficienter dicta autez de delectatione
superueniamus.

Circa initium decimi

libri ethicorum. Queritur primo vtrum in hoc libro de
terminandũ sit de delectatione tanq̃ adiuncta felicitati
vel ad felicitatem req̃sita Arguitur ꝓmo q̃ nõ. q̃ qđ
est ꝑ se sufficiens nõ indiget alio. sed felicitas est hmõi. g̃
Confirmať q̃ oportet operationẽ virtutis non esse impe
ditam. sed delectatio impedit operatõem intellectus. g̃ z̃
Secũdo sic. delectatio est q̃dam passio. vt ꝓz in septi/
mo huius. sed oĩs passio est in sensibilib;. vt ꝓz septimo
physicoꝝ. felicitas aũt nõ est circa sensibilia. g̃ z̃. Confir
matur. quia delectatio est quedam generatio sensibilis
ſm naturam in qua non est felicitas. ergo z̃. Ter/
cio sic. q̃ dr Auicenna sexto moralium. delectatio simpl'r
est tantũ in tactu. in alijs aũt sensibilib; est ſm quid. hoc
aũt nõ ꝓuenit felicitati. g̃ z̃. Confirmatur. q̃ qđ nõ req̃
ritur ad operationem virtutis non req̃ritur ad felicitatẽ
sed ad operationem virtutis non requiritur delectatio.
vt patet quarto huius de opatione fortitudinis. ergo z̃
In oppositũ est phs in textu.

Sciendum primo

Q̃ postq̃ philosophus determinauit de virtutib; mo/
ralib; intellectualib;. scz ꝓtinentia z amicicia. que habent
quãdam affinitatem cũ virtute. Consequenter determi
nat de ipso fine virtutis. Et ꝓmo de delectatõe. que a q̃/
busdam ponitur esse finis virtutis. Deinde de felicitate
que ſm omnes philosophos est finis virtutis. Et ꝓmo
adhuc prohemialiter ostendit q̃ determinandum est de
materia delectationis dicens. q̃ ꝓueniens est vt ꝓtransi/
atur. id est breuiter de delectatione determinetur. licz eĩ
superius tractauerit de ea inq̃ꝝtum est materia continen
tie z incõtinentie rõne cuius sua intentio ibi potentissime
versabatur circa delectationes sensibiles et corporales.
tamen nunc iterum determinat de delectatiõe ſm q̃ ad
iungitur felicitati. et ideo hic precipue determinat de de/
lectatione intellectuali z spũali.

Sciendũ secũdo q̃ aliq̃d quadrupl'r req̃ritur ad alte
rum. Uno mõ sicut pambulũ z ꝓparatoriũ ad ipsum
sicut disciplina ad sciam. Alio mõ sicut pficiens aliud. si
cut aĩa req̃ritur ad vitã corporalẽ. Tercio modo sicut ali
q̃d extrinsecuz coadiuuans. vt aĩalia req̃runť ad aliquid
agendũ. Quarto mõ sicut aliq̃d ꝓcomitans. vt si dica/
mus q̃ ad ignem requiritur calor.

Conclusio prima

Ad felicitatem req̃ritur delectatio hoc vltimo mõ Pro
bať. q̃ delectatio causať ex hoc q̃ appetitus q̃escit in bo
no adepto. sed felicitas est adeptio summi boni. ergo nõ
potest esse sine delectatõe

Conclusio secũda. De delectatõe agendũ est in mo/
ralib; z spẽaliter in hoc libro ꝓpter cãm dictam. Probat
phus tribus rõnib;. Prima est. quia delectatio maxime
videtur appropriari humano generi. sed moralis philoso
phia de rebus humanis ꝓsiderat. ergo ad moralem per
tinet de ipsa ꝓsiderare. Maiorem probat phus. q̃ gu/
bernatores domoꝝ maxime eruditi pueros per delecta
tionem z tristiciam. nam volentes eos prouocare ad bo
num z declinare a malo quando pueri bene agunt solent
delectare eos aliquib; munusculis. et dum male agũt so
lent ꝓtristare verberib;. ergo z̃. Secũda ratio est. ad vir
tutem moralem maxime pertinet gaudere in quib; opor
tet. z ꝓtristari in eis in quib; oportunũ est. sed ad moralẽ
philosophũ pertinet ꝓsiderare de virtute morali. ergo z
de delectatione z tristicia. Maiorem probat philosoph'
quia virtus moralis precipue ꝓsistit in ordinatione ap/
petitus. qui cognoscitur per ordinatõem delectationis z

UVA. BHSC. IyR_098_1

triſticie que cõſequũtur omnes motus appetitiuos. vt patuit in ſecundo huius. Ideo dicit textus q̃ delectatio et triſticia protenduntur ad oĩa que ſunt humane vite. z hũt magnã poteſtatẽ ad hoc q̃ homo ſit felicit viuens z virtuoſus. qõ non poteſt eſſe ſi inordinate delectetur z triſtetur. hoĩes em̃ frequẽter eligunt delectabilia etiam mala. z fugiunt triſtia etiam bona. Homo aũt qui vult eſſe virtuoſus et felix non debet eligere delectationẽ z fugam triſticie per hoc q̃ incurrat aliquas malas operationes. vel q̃ careat operib̃ virtutis. Et etiã ecõuerſo poteſt dici q̃ nõ eſt eligendũ facere mala bona aũt vitare p̃ delectabilib̃ accipiendis z triſticijs fugiendis. Tercia rõ eſt. de illo in morali p̃hia cõſiderandũ eſt qõ habet multã dubitationẽ in morali p̃hia. ſed delectatio z triſticia in moralib̃ multam habẽt dubitatiõem. qõ patet ex diuerſitate loquentiũ de eis. nã quidam dicunt delectationẽ eſſe quoddã bonũ. q̃dam aũt ecõuerſo dicunt eam eſſe quoddã valde prauũ. Et hoc diuerſimode. nam quidã hoc dicũt quia ſuaſum ẽ eis q̃ ita ſe habeant z ita credũt ſe bñ viuere. Alij p̃o licet non credant delectationem eſſe quoddã prauum tamen exiſtimant melius eſſe ad vitã noſtrã enunciare q̃ delectatio ſit quoddã prauũ cuius non ſit niſi ad retrahendũ hoĩes a delectatione ad quã multi inclinant et ideo oportet (vt dicũt) homines in contrariũ ducere. ſcz q̃ abhorreant delectationes enunciando eas eſſe prauas. ſic em̃ puenitur ad medium virtutis. ſcz vt homo moderate delectabilibus vtatur.

Dubitatur primo

Vtrum homines debeant falſe enunciare delectationes eſſe malas ad hoc vt hoĩes retrahant ab eis. Reſpondet p̃s q̃ non. q̃ circa actiones z paſſiones humanas minus creditur ſermonib̃ q̃ operibus. ſi em̃ aliquis operetur qõ dicit eſſe malum plus prouocat exẽplo q̃ doceat verbo. Cuiꝰ rõ eſt. q̃ vnuſquiſq; videt eligere id qõ ſibi videtur eſſe bonum in particulari. circa quod ſunt paſſiones et operationes humane. Quãdo ergo ſermones alicuius diſſonant operibus ſenſibilibus in ipſo apparentib̃. tales ſermones interimunt verũ qõ per eos dr. z ita accideret in p̃poſito. ſi em̃ vituperans omnẽ delectatõem videret aliq̃n in aliqua delectatõne delectari. daret intelligere q̃ omnis delectatõ eſſet eligenda. nam multitudo vulgaris non poteſt determinare diſtinguendo hoc eſſe bonum z illud malũ ſed indiſtincte accipit eſſe bonũ qõ in vno bonum apparet. Sic igitur ſermones veri non ſolum videntur eſſe vtiles ad ſcientiam ſed etiam ad bonã vitam. creditur em̃ eis inq̃tum concordant cũ bonis operibus. z ideo tales ſermones prouocant eos (qui intelligunt) ad veritatem ipſoꝝ vt ſm eas viuant. Dubitaꝫ ſecundo de diffinitionib̃ delectatõis. Reſpondet q̃ delectatio eſt operatio p̃prij z naturalis habitus non impedita. ſz Michael effectus dicit q̃ eſt diffuſio nature in cõceptu z actu p̃prie z naturalis operationis. Et in idem redit qõ dicit cõmentator q̃ delectatio eſt ſupflozitio nature p̃prij habitus naturalis in operatione. Et dicitur (p̃prij) quia delectatio eſt hominis inq̃tum homo et non inq̃tum animal. Vel dr. p̃prij ad dr̃iam delectationis egritudinalis. que ſubuertit naturam ex prava conſuetudine. ſicut quibuſdam delectabile eſt cõmedere carbones. Hec aũt ſuperflozitio non eſt aliud q̃ diffuſio z quietatio anime in tali operatione. Et q̃ felicitas eſt operatio ſm p̃rium z naturalem habitũ hominis non impedita. ſequit q̃ in ipſa operatione in qua conſiſtit felicitas ſit maxima delectatio.

Ad rationes Ante oppoſitum. Ad primam dicitur q̃ ſolutio eius ſatis patet ex ſecundo notabili z ſecunda concluſione. Et ad confirmationem dicitur q̃ delectatio p̃pria conſequens operationem intellectus non impedit ipſam ſed magis confortat vt dicetur infra. nam que delectabiliter facimus attentius et perſeuerantius operamur. ſed delectatio extranea bene impedit operationẽ intellectus quandoq; ex digreſſione intentionis. z quãdoq; ex contrarietate. Ad ſecundam dicitur. q̃ paſſio corruptiua ſiue alteratiua inuenitur in ſenſibilibus. ſed paſſio methaphiſice dicta (que dicitur perfectiua) bene inuenitur in ſpiritualibus. ſm q̃ dicitur tercio de anima q̃ intelligere eſt quoddam pati. z in genere huius paſſionis eſt delectatio felicitatis. Et ad confirmationem eius dicitur q̃ Plato loquitur de delectatione que eſt vera operatio. que reperitur in ſenſibilibus. et ideo in ſeptimo huius reprobat eum Ariſtoteles. eo q̃ dictum ſum non eſt vniuerſaliter verum. Ad terciam dicitur q̃ Auicenna intendit comparare delectationes ſenſibiles ad inuicem. et ita non excludit delectationem ab intellectu. Ad confirmationem dicitur. q̃ licet operatio fortitudinis ſm ſe non ſit delectabilis. eſt tamen delectabilis operatio ſm q̃ p̃iungitur fini.

Eudoxius igitur delectationẽ per ſe bonum exiſtimabat eſſe propter videre omnia deſiderantia ipſam z rationalia et irrationalia. In omnibus autem eſſe eligibile epieykes et maxime potentiſſimum. omnia autem ad idem ferri vt omnibus optimum nunciat vnumquodq; enim ſibiipſi bonum inuenire quemadmodum z cibum. omnibus igitur bonum et quod omnia appetunt bonũ eſſe. Credebant autem ſermones propter moris virtutem magis q̃ propter ipſos. differenter enim videbatur temperatus eſſe non vtiq; vt amicus delectationis videbatur hoc dicere. ſed ſic habere ſm veritatem. Non minus autem exiſtimabat eſſe manifeſtum ex cõtrario triſticiam enim ſm ſeipſum omnibus fugiendum eſſe. Similit igit̃ p̃trariũ eligibile. Maxime aũt eligibile eſſe qõ non ppter alterũ neq; alterius gratia eligimus. tale autem confeſſum ẽ

UVA. BHSC. IyR_098_1

esse delectationem. nullū em̄ interrogare cuiꝰ gratia delectatur vt fm̄ seipsam existentē eligibilem delectationem. Appositamq; cuicunq; bonorū eligibilius facere. puta ei quod est iusteagere z tempatum esse augeri vticq; bonum ipsi. Videtur aūt sermo bonoꝝ ipsam enūciare et nihil magis altero. oīe em̄ cū altero bono eligibilius q̄ solitariū. Tali vticq; ratione et plato interimit. quoniā non est delectatio p se bonū. eligibiliorē em̄ esse cum prudentia delectabile vitā q̄ sine. Si autez mixtū melius nō esse delectationē p se bonū. nullo enim apposito ipsi per se bonum eligibilius fieri. Manifestū aūt q̄ necq; aliud per se bonū vticq; erit qđ cum aliquo fm̄ seipsum bonorū eligibilius sit. Quid igitur tale est quo nos cōicamus tale enim querit. Instantes aūt q̄ non bonū qđ omnia appetunt non nihil dicunt. qđ em̄ oīb videt hoc esse a'mus. Interimens aūt banc fidē non oīno credibiliora dicit. siquidē enim que sine intellectu appetunt ipsas erit vticq; aliqđ qđ dicitur si autez et que sapiunt qualit dicent vticq; aliqđ. forte aūt et in prauis est aliqđ naturale bonū melius q̄ fm̄ seipsa quod appetit, pprium bonū. Non videtur aūt necq; de cōtrario bene dici. nō enim aūt si tristicia malū est delectatōem bonū esse. opponi em̄ z malo malū et ambo ei qđ neutrum. dicentes hoc aūt non male. non tm̄ in his que dicta sunt verum dicentes. ambobus em̄ entibus malis et fugienda oportuit ambo esse. neutris autez vel alterū vel sil'r. Nunc aūt videntur banc q̄dem fugientes vt malum. banc aūt eligentes vt bonum. sic vticq; et opponuntur.

Queritur Utrū delectatio sit mensura et regula boni z mali moralis.

Arguit q̄ nō. qz oia mensuranť p̄mo sui generis. vt ꝟz qrto metaphisice. sz delectatio nō est primū in genere maloꝝ. qz amoꝝ z desideriū p̄cedūt ipam. g̃. delectatio nō est mensura vel regula bonitatis z malicie in moralibus. Scđo sic. mensurā oportet esse vniformē. sed delectatio ē varia cū quedā sit bona z alia mala. g̃ z̄c. Maioꝝ pbat. qz motus maxime vniformis est mensura z regula omniū motuū. vt ptz quarto phisicoꝝ. g̃ z̄c

Tercio sic certius sumit iudiciū de effectu p̄ eām q̄ econtra. bonitas vel malicia opatōnis est cā bonitatis vel malicie delectationis. qz bone delectationes sunt q̄ p̄sequūtur bonas opatōnes. male vero que malas. vt in hoc decimo patet. ergo delectatio nō est mensura boni z mali in moralibus Jn oppositū est pḣus.

Sciendum p̄imo

Qꝫ postq̄ pḣs ostendit q̄ esset determinandū de delectatione. p̄sequenter hoc p̄sequitur p̄imo p̄sequēdo opiniones alioꝝ circa eā. Scđo de ipa determinat veritatē. Et p̄mo ponit rōnes cuiusdā phi qui vocat Eudoxius dicentis delectationem esse de genere bonoꝝ

Sciendum secundo q̄ bonitas z malicia moralis p̄incipaliter in voluntate p̄sistit sicut dictū est septimo huius. Utrū aūt volūtas sit bona vl mala p̄cipue ex fine cognoscit. illud aūt habet p̄o fine in quo volūtas quiescit. quies aūt voluntatis z cuiuslibet appetitus in bono est delectatio. z ideo fm̄ delectationem voluntatis humane p̄cipue iudicat homo bonus vel malus. etenim bonus z virtuosus gaudet in operibus virtutū malus autem in operibus malis. Delectationes autē appetitus sensitiui nō sunt regula bonitatis vel malicie nam cōmuniter est delectabile fm̄ appetitū sensitiuum bonis et malis. sed voluntas delectatur in eis fm̄ conuenientiā rōnis quam non curat voluntas maloꝝ.

Conclusio p̄ima.

Et responsiua. Delectatio voluntatis siue appetitꝰ intellectiui est regula vel mensura bonitatis z malicie in moralibus. Probatur ꝟclusio ex secundo notabili.

Conclusio secunda. delectatio est de genere bonoꝝ Probatur rationib⁹ Eudoxi positis in textu. Prima est. qđ omnia tam rationalia q̄ irrationalia desiderāt delectationem. sed quod est apud omnes eligibile est bonum z maxime potens in bonitate. cum possit trahere ad se omnem appetitum. ergo z̄c. Ex quo patet q̄ omnia feruntur ad idem scz ad delectationem. z sic denunciant q̄ delectatio non solum est bonum sed etiam quoddam optimū. nam id quod vnūquodq; querit inuenire est sibi bonū. sicut cibus qui ab omnibus animalibus appetitur est omnibus animalibus bonus. Et vt dicit textꝰ Eudoxius in ista materia credebat loq̄ fm̄ moralem virtutem quam p̄pter efficaciam suoꝝ sermonum quasi excellentius alijs diceret. sed cum laudabat delectationes non visus est hoc dicere quasi amicus delectationis. sed quia fm̄ rei veritatem sic se habet. Secunda ratio Eudoxi sumitur ex parte contrarij delectationis scz tristicie. quia tristicia fm̄ se est ab omnibus fugienda. sed contrarium eius scz delectatio videtur ab omnibus eligendū tanq̄ bonū. Tercia ratio ostendit q̄ delectatio non solum sit bona. sed q̄ sit etiam quid optimū. z est talis. Illud videt maxime eligibile z maxime bonū quod non eligit̄ per alterum qđ ei accidat necq; gratia alicuius sicut finis. sed

UVA. BHSC. IyR_098_1

delectatio est hmōi. nam nullus querit ab alio cui⁹ gra velit delectari. qñ delectatio sit fm seipsam eligibilis. g̃ delectatio est maxime bona. Quarta probat idem qđ tercia. z est talis. id qđ omnib⁹ additum auget bonitatem est quid optimū. sed delectatio est hmōi. igit. Sed (vt ōr phs) hec rō est defectuosa. qz de omni bono verum est dicere q additū alteri reddit ipm melius. igit rō non concludit q delectatio sit quid optimuz. Et sic patz q iste rōnes plures nō approbant. sed đd veritatis habeāt patebit infra. Quantū ad scām.

Dubitatur primo

Qualiter obuiabit Plato p̄ dictis rōnib⁹. Rñdet textus q rāe imediate ꝓposita. Plato oppositū arguit sic. Delectatio ē eligibilior si adiungit prudētie. z sic altera adiuncta ē melior. g̃ nō est p se bonū. Tenet ꝓña. qa qđ est p se bonū nō est eligibilius p appositōnē alterius

Circa qđ notandū. q Plato p se bonū noiauit essentiā bonitatis. sicut p se hoiem ipsam hois essentiā. Ip si aūt essentie bonitatis nihil pt apponi qđ sit alio mō q̃ participando essentiā bonitatis. z sic fm Platonē per se bonū nō fit melius aliq̄ addito. z sic fm eū delectatio nō erat bona. Sed hūc ꝓcessum Platonis improbat Aresto. qz fm hāc rōem nihil aliud erit in rebꝫ hūanis per se bonū. cū quodlibet bonū hūanū fiat melio⁹ z eligibilius additū alicui p se bono. Nō em̄ pt inueniri aliqđ in cōicatōnē vite hūane veniens qđ sit tale. scz vt non fiat melius p appōnem alterius. sed tale aliqđ hic q̄rit qđ scz veniat in cōicatōem vite humane. Qui aūt intendūt delectatōem esse bonū dicūt eā esse quoddā humanū bonū. z nō esse diuinū bonū. qđ est essentia bonitatis. Scđo platonici obuiab āt secūde rōni Cudoxi. q̄ sumitur ex parte delectationis interimendo istam bonū est qđ oia appetūt. Qđ improbat Aresto. dicēs q tales nihil dicere vident. quia quod videtur omnibus dicimus ita se habere. z habet quasi ꝓncipiū. quia nō est possibile q naturale iudiciū in om̄ib⁹ fallat. Sed cum appetitus nō sit nisi eius qđ videt bonū. et quod ab omnib⁹ appetit videt bonū omnibus. z sic delectatio q̄ ab omnib⁹ appetit est bona. illud aūt qđ omnibus creditur interimit. non dicit totaliter credibiliora. posset em̄ sustineri illa q̄ dicunt. si ea (que sine intellectu agunt sicut bruta z hoies ꝓpaui) tm̄ appeterēt delectationē. qz sensus nō iudicat bonū nisi vt nunc. z sic non dicit delectationem esse bonā simplr. sed solum vt nūc Sed si etiā sapientes appetant aliquā delectationem omnino nō vident aliquid verū dicere. z tunc omnia q̄ agunt sine intellectu appeterēt delectationē. adhuc eēt pbabile q delectatio esset quoddā bonū. quia in ꝓpaui⁹ hoibus est quoddā verum bonū inclinans appetitū in bonū cōueniens. z hoc naturale bonū est meli⁹ q̃ mali homies inq̃tum hmōi. sicut ꝓtus est pfectio nature. z ꝓpter hoc ꝓtus moralis est melior naturali virtute vt patuit in sexto hui⁹. Ira cum malicia sit corruptio nature bonū naturale est melius. sicut integrum est melius corrupto. fm enim id qđ ad maliciam ptinet ꝓpaui homines diuersificant. qz sunt malicie ꝓprie. z ideo id (fm qđ hoies ꝓpaui ꝓueniūt. scz delectationē appetere) videtur magis ptinere ad naturā q̃ ad maliciaz.

Tercio obuiabant platonici rōni sumpte ex parte tristicie. dicētes q nō sequitur si tristicia est malū q delectatio sit bonū. qz malum non solum opponit bono. sed etiā malo. Sicut audacia non solum opponit fortitudini sed etiā timiditati. z ambo scz bonū z malum opponunt ei qđ nec est bonū nec malum. Sicut extrema opponunt. z reperitur aliqđ tale fm suā speciē ꝓsideratum vt leuare festucā a terra vel aliqđ hmōi. Ad istam obiectionē respondet Aresto. q est ꝓuenies q̃tum ad oppositionem mali ad malū. Sed tm̄ nō est cōueniēs in ꝓposito. qz tristicia delectationi nō opponit sicut malum malo. naz si ambo essent mala oporteret q ambo essent fugienda. sicut enim bonū inq̃tum bonum est appetibile. ita malum inq̃tum hmōi est fugiendū. Vel sit⁹ se habere circa vtrūq̃. scz nō omnes vident fugere tristiciam tanq̃ malum. z appetere delectationem tanq̃ bonū. et sic tristicia z delectatio opponunt ad inuicem. sicut bonum ad malum.

Ad rationes Ante oppositum. Ad primā dicitur. q amor et desideriū sunt prioza delectatione via generationis sed delectatio est prioz ipsis fm rōnem finis qui in opabilibus habet rōnem principij a quo maxime sumit⁹ iudiciū sicut a regula vel mensura. Ad scām dicitur. q ois delectatio in hoc est vnifomis q̄ est quies in aliquo bono. z fm hoc potest esse regula z mensura. nā ille bon⁹ ē cui⁹ volūtas quiescit in vero bono. malus aūt cui⁹ voluntas quiescit in malo Ad terciā ōr q cum delectatio ꝓficiat opationē p modū finis. opatio autez nō potest esse perfecte bona. nisi etiā assit delectabilis in bono. nā bonitas rei dependet ex fine. z sic q̄dammodo bonitas delectationis est causa bonitatis in opatione.

